Anal.

Vienna, Austria — Univ.

DISSERTATIONES

PHILOLOGAE

VINDOBONENSES.

VOLUMEN SEXTUM.

VINDOBONAE.
SUMPTIBUS ALFREDI HOELDER
BIBLIOPOLAE AULAE C. ET R. ATQUE UNIVERSITATIS.
MDCCCLXXXXVIII.

VINDOBONAE, TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHUS HOLZHAUSEN.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

DE DICENDI GENERE
IN NICANDRI THERIACIS ET ALEXIPHARMACIS
QUAESTIONES SELECTAE.

SCRIPSIT

HERMANNUS KLAUSER.

Praefatio.

E multis Nicandri poematis praeter pauca maioris ambitus fragmenta e Georgicis decerpta minoresque reliquias non plus duo carmina integra ad nostram memoriam manserunt, Theriaca et Alexipharmaca. quorum illo ad Hermesianactem misso de ferarum venenatarum morsibus eorumque remediis agitur ita, ut primum de serpentibus atque de medicinis contra earum ictus adhibendis exponatur,[1]) tum de phalangiis, scorpionibus, reliquis venenatis animalibus (715—836) ac de morborum ex eorum morsibus conceptorum sanatione (837 sqq.) sermo fiat. quod carmen ita comparatum est, ut legentes morsus ferarum vitare ac bestiis laesi remedia sumere ipsi iubeantur. contra a Theriacis Alexipharmaca Protagorae cuidam Cyziceno inscripta, quibus de venenis in potu cibove homini datis eorumque remediis poeta exposuit, ita differunt, ut singulis venenis remedia, quibus adversus ea utendum est, adiungantur, ac Protagoras ille non ipse venenis laesus fingatur, sed aliis, qui illa potu temerario hauserint, medicaturus. utrumque igitur carmen non tam materia atque argumento quam dispositione atque institutione rerum tractatarum inter se distare videmus. accedit quod in dicendi quoque genere, quamvis in utroque carmine in universum spectanti idem esse videatur, pusillae tamen insunt inter Theriaca atque Alexipharmaca discrepantiae,[2]) quibus probari videtur carmina illa non eodem tempore conscripta, sed Alexipharmaca aliquanto post Theriaca composita esse,[3]) praesertim cum in Alexipharmacis quaedam formulae locutionesque, veluti *καί τε σύ* (*γε*), *καί κεν*, *ἀλλὰ σύ* (*γε*), *ἠὲ σύ* (*γε*) frequentes certoque consilio adhibitae inveniantur, quae in Theriacis dicendi usu nondum

---

[1]) quo argumento carminis multo maior pars inde ab initio fere usque ad v. 714 expletur, ita ut a carminis initio usque ad v. 492 serpentes describantur, deinde usque ad v. 714 remedia enumerentur.

[2]) veluti ut unum tantum hoc loco proferam exemplum, infinitivus pro imperativo in Ther. XXXV^ies^, in Al. non plus quater adhibetur, contra optativus eadem ratione usurpatus in Ther. XXXXV^ies^, in Al. CXIII^ies^.

[3]) ad quam sententiam comprobandam alia accedit res, quam non praetermittam. etenim in Al. parte ultima sic de se loquitur Nicander: *ὑμνοπόλοιο . . . Νικάνδροιο μνῆστιν ἔχοις* illo sine dubio carmine, quod ad Attalum tertium, Pergami regem, miserat, respecto (cf. fr. 104 in O. Schneideri editione) quodque poeta ipse hymnum appellavit (*μηδ' ἄμνηστον ἀπ' οὔατος ὕμνον ἐρύξῃς*), in extremis autem Theriacorum versibus eadem fere locutione usus *Ὁμηρείοιο . . . Νικάνδροιο* dicit ita ut Colophonem tantummodo patriam,

exculto raro tantum leguntur, contra nonnulla vocabula, in primis particulae in Theriacis frequentata in Alexipharmacis desint, denique totum Alexipharmacorum carmen, cum ordine tum sermone Theriacis multo aequabilius, maiore elegantia, si qua in Nicandro statui potest elegantia, confectum esse videatur.

Itaque quamquam e carminibus, quae ad nos pervenerunt, de didactica — ut ita dicam — tantummodo Nicandri oratione iudicari potest, tamen non abest epici quoque huius poëtae sermonis, qualem in deperditis Heteroeumenis eum adhibuisse nobis cogitandum est, animo effingendi facultas. insunt enim in Theriacis XV generis epici digressiones, quibus LXXI versus efficiuntur, in Alexipharmacis autem XIII eiusmodi loci, quibus XXXXVIII versus explentur;[1]) CXVIIII igitur nobis praesto sunt versus ita comparati, ut ex eis quodam modo de dicendi genere, quo in carminibus heroicis quae scripsit pangendis Nicander usus est, coniecturam facere liceat. quo ex numero si illos intuemur locos, qui quaternorum vel plurium versuum sunt: Ther. 8—12, 13—20, 309—317, 343—354, 484—487, 545—549, 668—675, 685—688, 903—906, Al. 30—34, 100—105, 149—152, 172—177, 217—220, 406—409, 446—451, 560—562, his quoque locis nihil aliud fere quam exilem ieiunamque versibus inclusam rerum gestarum enumerationem invenimus ab omni poetico vigore destitutam, cum aliis rebus tum crebra enuntiationum secundariarum inter se aptarum coacervatione (cf. Ther. 13—16, 309—313, 484—487, 685—688, 903—906, Al. 100—105, 149—152) parum iucundam. quae cum ita sint, non maius quidquam de dicendi genere suspicari licet a Nicandro in Heteroeumenis adhibito, quae, cum nihil nisi in versiculos redactum fabularum corpus essent, ob materiae quidem subministratae ubertatem cum aliis tum Ovidio

---

quae suum vindicaverat Homerum, respiciat; cf. fr. 14 et scholium ad Ther. 957. quae cum ita sint, a vero abhorrere non videtur inter Theriaca et Alexipharmaca confecta hymnum illum in Attalum, quem O. Schneider prolegg. p. 129 nescio qua de causa ἐγκώμιον εἰς Ἀτταλίδας vocat, compositum esse. Nicandrum enim, postquam Theriaca et Georgica conscripsit, se ad Attalum regem adplicavisse, qui de antidotis et de agri cultura libros composuit (cf. O. Schneider prolegg. p. 8) perquam probabile est.

[1]) hi loci sunt: Ther. 8—12 de serpentibus aliisque perniciosis bestiis e Titanum sanguine natis, 13—20 de scorpione a Diana procreato, 122 sq. de Pleiadibus, 309—317 de haemorrhoide ab Helena ob Canobi caedem necata, 343—354 de hominibus iuventutis dono spoliatis, 439 sq. de dracone a Paeone educato, 484—487 de Ascalabo et Cerere, 501 sq. de Chironis Centauri radice, 545—549 de Alcibii sanatione, 608 sq. de Cadmo atque Harmonia, 613 sq. de Apolline et myrica, 668—675 de herba ab Alcibio inventa, 685—688 de Iphicle a Paeone sanato, 835 sq. de Ulixe trygonis aculeo interfecto, 903—906 de Apolline atque Hyacintho, Al. 30—34 de Silenis, 100—105 de arbore Persica a Perseo in agro Mycenaeo posita, 130 sqq. de Cerere et Iamba, 149—152 de Samo insula, 172—177 de aqua ignique a Neptuno ventis parere iussis, 200 de lauro et Apolline, 217—220 de Rheae sacerdote, 273 de igni ferula occultato, 302—304 de pino Marsyae fatum lugente, 406—409 de lilio ac Venere, 446—451 de apibus e vituli cadavere natis, 560 sqq. de lyra a Mercurio e testudine facta, 605 sqq. de apio ludis Isthmicis adhibito.

probari potuerunt, poetica vero facultate haud multo Theriacis Alexipharmacisque praestitisse videntur eadem ratione ut videtur confectis, quippe quibus poeta praeformatam ab Apollodoro quodam de bestiis venenatis et de venenis ore haustis disciplinam versibus incluserit (cf. O. Schneider prolegg. p. 181 sqq.).

Iam si quaeris quos potissimum scriptores Nicander in poematis didacticis sibi ad imitandum proposuerit, ante omnes Numenius Heracleota,[1]) Dieuchis medici discipulus (cf. Ath. I 5 A), aetate Nicandro aliquanto prior, commemorandus est, cuius versus, quibus eandem fere ac Colophonius poeta materiam tractaverat,[2]) proxime ad Nicandreos accedunt, ita ut veri simillimum sit Nicandrum, quod ad dicendi genus in Theriacis Alexipharmacisque adtinet, Numenio tamquam exemplo usum esse.[3]) atque ut nonnulla quae Numenii Nicandrique communia sunt adferam, ex particulis quidem, de quibus primum agam, voculas *καί τε σύ γε* cum optativo coniunctas et Numenius (fr. I 1 Bussemaker[4]) et Nicander, apud quem sexies leguntur, adhibuit, *ἠὲ καί*, quod apud Numenium I 4 extat, XXII^ies apud Nicandrum invenitur, *ἠδ' ὁπότεν* et Numenius (XX 2) et Nicander (Ther. 383) usurpavit, quod etiam de vocalis *γὲ μέν* valet, quae in Numenii reliquiis bis (XXI 1,[5]) XXII 1), in Nicandri Theriacis atque Alexipharmacis XIIII^ies leguntur. harum autem particularum iuncturam Aratus quoque, a quo item nonnulla mutuatus esse videtur Nicander, adamavit. adde quod disiunctivas et copulativas particulas, quas inter se invicem relatas apud Numenium (fr. V, VII, XIIII) invenies, apud Nicandrum quoque nonnumquam eodem modo iuxta positas videbis. adverbia *ἄλλοτε*, *ὁτέ*, *τοτέ*, quae apud Numenium compluribus locis conspiciuntur cum inter se invicem (fr. VIIII, XXII 2) tum ad particulam disiunctivam *ἤ* relata (fr. IIII 1, XI 1 et 2, XIIII 1, XV 3), pari ratione in Nicandri carminibus usurpata extant. accedit res certe memoratu digna, quod adverbium *ἔνθεν* una cum infinitivo imperativi vice posito ut apud Numenium (fr. I 6) ita apud Nicandrum (Ther. 713; adde Ther. 525) reperitur. tum voces aliquot

---

[1]) de quo vide quae Meineke Exercit. phil. in Athen. I. p. 2 sq. (Exercit. crit. in Athen. p. 6 sq.), O. Schneider prolegg. p. 200 sq., Birt 'de Halieuticis Ovidio falso adscriptis' Berolini 1878 p. 126 sq., Susemihl 'Geschichte der alexandr. Litteratur' I p. 813 exposuerunt.

[2]) praeter alia enim versibus heroicis *Θηριακόν* (vel *Θηριακά*, nam de nomine dubitatur, cf. Keil ad schol. Nic. Ther. 637), de quo potissimum carmine quae supra dixi valent, et *Ἁλιευτικόν* composuit. Theriaci autem Halieuticique fragmenta congesserunt Bussemaker in ed. poet. buc. et did. Parisiis a. 1862 in lucem emissa, quam supra respexi, et Birt l. s. c.

[3]) cfr. scholium ad Ther. 237 *μεταπεποίηται δὲ ἐκ τῶν Νουμηνίου*.

[4]) ubi *καὶ δὲ σύ γε*, quod libris traditur, in *καί τε σύ γε* mutandum videtur; cf. O. Schneider ad Al. 92.

[5]) e Meinekii coniectura l. c. prolata.

figurasque verborum rariores, quas apud utrumque poetam invenies, secundum Numenii fragmentorum ordinem collectas adiciamus: Num. fr. I 3 *γαιηφάγοι*, Ther. 784 *γαιοφάγος*, fr. I 3 *ἔντερα γαίης*,[1]) Ther. 388 *ἔντερα γῆς*, fr. I 4 *δολιχήποδας*, Ther. 183 *δολιχήρεες* eodem versus loco, fr. IIII 2 *μυία σιγαλόεντα*, Ther. 787 *μυία λεπτά*, fr. VI 1 *μάργον*, Al. 159 *μάργοι* eodem versus loco, fr. VI 2 *ἰοβόλον*, Ther. 467 *ἰοβόροι*, 184 *ἰοδόκοι*, fr. VI 2 *σκολόπενδραν*, Ther. 812 *σκολόπενδρα* eodem versus loco, fr. VII 1 *μελάγχρων*, Ther. 941 *μελανόχροος*,[2]) fr. VIII 2 *πηρῖνα*, Ther. 586 *πηρῖνα*, fr. VIII 2 *εἰναλίην*, Ther. 700 *εἰναλίης*,[3]) fr. X *ῥηιδίως*, idem Ther. 22, Al. 401 (ubique in versus initio),[4]) fr. XII *αἰγιαλῆα*, Ther. 786 *αἰγιαλῆι*,[5]) fr. XIV 2 *ἐν χροιῇσιν ἐρυθρόν*, Ther. 262 *χροιῇ δ' ἐν ψαφαρῇ*, fr. XX 1 *ἐῤῥίζωται*, Ther. 183 *ἐῤῥίζωνται*,[6]) fr. XX 3 *ἀγριάδα*, Ther. 89 *ἀγριάδος*,[7]) fr. XXI 2 *ἀνέδραμεν οἶδος*,[8]) Ther. 237 *ἀναδέδρομεν οἴδει*, fr. XXII 1 *ἰχώρ*,[9]) Ther. 235 *ἰχώρ* eodem versus loco, fr. XXII 2 *ἠερόεις*, Ther. 257 *ἠερόεσσαν*,[10]) fr. XXII 2 *μολίβῳ*, Ther. 256 *μολίβου*, Al. 600 *μολίβῳ*, ubique eodem versus loco,[11]) fr. XXII 2 *ἐναλίγκιον εἶδος*, Ther. 384 sq. *ἐναλίγκιον . . . εἶδος*,[12]) fr. XXII 3 *κάλχῃ*, Al. 393 *κάλχης* (alia sane notione).[13])

Videmus igitur, etiamsi quaedam ex eis quae congessimus tenuia vel etiam exilia esse videantur, in primis fragmento XXII[14]) quamvis brevissimo

---

[1]) quam locutionem Numenius ex Arato 959 delibavisse videtur.

[2]) cf. *N* 589 *κύαμοι μελανόχροες*, *τ* 246 *μελανόχροος . . . Εὐρυβάτης* (utroque loco in eadem atque apud Nicandrum versus sede).

[3]) quod tamen vocabulum apud alios quoque poetas non ita raro reperitur; cf. *δ* 443, *ε* 67, *ο* 479, Theocr. XXI 39 aliosque locos.

[4]) quod iam apud Homerum *Δ* 390, *Θ* 376 eodem versus loco invenitur.

[5]) quam vocem praeter Numenium Nicandrumque Archestratus quoque Gelous fr. XXXX (Bussemaker) *μόρμυρος αἰγιαλεύς* adhibuit. cuius poetae versum *ὀρνίθων τ' ὀπτῶν ἁπαλὸν γένος* (fr. LVII 9) Nicander Al. 165 *πολλάκι δ' ὀρταλίχων ἁπαλὴν ὠδῖνα κενώσας* imitatus esse videtur.

[6]) cf. *η* 122 *ἐῤῥίζωται* (eodem atque apud Nicandrum versus loco).

[7]) quod adiectivum Apollonius Rhodius quoque I 28 in eadem ac Nicander versus sede usurpat.

[8]) sic enim verissime, quod in libris extat, *ἕλκος* Meineke emendavit.

[9]) cuius loco tamen recte O. Schneider prolegg. p. 201 *ἐπὶ χρώς* coniecisse videtur.

[10]) quam vocem Homerus *Θ* 13, *M* 240, *O* 191, *Φ* 56, *Ψ* 51, *λ* 57, *υ* 64 usurpavit.

[11]) quod apud Homerum quoque *Λ* 237 in eadem versus sede conspicitur.

[12]) de quo tamen vide notam 14.

[13]) adde quod *δήεις* (Num. fr. I 2) in Theriacis quoque octies adhibetur, *πολλόν* adverbii loco positum (Num. fr. VI 2, XXI 2), quod tamen apud alios quoque poetas in usu est, saepe apud Nicandrum comparet (cf. append. II), *κεῖνος*, quod apud Numenium (fr. XVIIII 1 *χαλκίδ' ἐκείνην*, scr. fortasse *χαλκίδα κείνην*) cum abundantia quadam additum vides, eadem ratione a Nicandro passim usurpatur. porro versus Num. fr. I 3 et Ther. 717 cum verbo *κέκληνται* (*κέκληται*) in versus principio posito tum adtributis huic verbo postpositis inter se admodum similes sunt.

[14]) O. Schneideri coniectura *ἐπὶ χρώς* recepta atque verbis *ἀμφί ἑ* (v. 3) in *ἄλλοτε* mutatis reliqua verba sic constituenda putem: *ῥέθεσίν* (*ἄνθεσί* enim, quod in nonnullis

haud exiguum cum versibus Nicandreis inesse cum argumenti tum sermonis consensum, ita ut, si integrum nobis reservatum esset *Θηριακοῦ* (vel *Θηριακῶν*) carmen, scholiastae verba *μεταπεποίηται ἐκ τῶν Νουμηνίου* prorsus comprobatum iri veri simile sit.[1]) praeter Numenium alios quoque generis didactici poetas[2]) Nicandro hic illic exemplo atque usui fuisse veri simile est, de quibus quaecumque apta videbantur depromere posset; quod de Hesiodo[3]) quidem, qui didacticae poeseos quasi parens habebatur, nec non de Arato, ad cuius exemplar Nicandrum se composuisse et *μεταφράστην*

---

libris extat, ex v. Ther. 257 in scholiis ipsis citato irrepsisse videtur) *γε μὲν εἴδετ' ἐπὶ χρὼς* | *ἠερόεις, τοτὲ δ' αὖ μολίβῳ ἐναλίγκιος εἶδος,* | *ἄλλοτε κυδαίνει κάλχῃ ἶσος,* ita ut adiectivorum *ἐναλίγκιος* et *ἶσος* terminationis *ος* in *ον* mutatae substantivum *εἶδος* causam fuisse existimem. quod ad voculam *δέ*, quam post *ἄλλοτε* additam expectes, adtinet, ad versus Ther. 238, 257, Al. 155 delego. vel hunc in modum scribendos esse hos versus suadeam: *ῥέϑεσίν γε μὲν εἴδετ' ἐπὶ χρὼς ἠερόεις, τοτὲ δ' αὖ μολίβῳ ἐναλίγκιον οἶδος, ἄλλοτε κυδαίνει κάλχῃ ἶσον,* ita ut constructio haec sit: *τοτὲ δ' αὖ οἶδος κυδαίνει* (cf. Ther. 426 *κορϑύεται οἶδος,* ibid. 743 *ϑέει οἶδος*) *μολίβῳ ἐναλίγκιον, ἄλλοτε κάλχῃ ἶσον.* quibus mutatis et apud Numenium et apud Nicandrum Ther. 256 sq. easdem fere cutis condiciones describi (Num. *ἠερόεις,* Nic. *ἠερόεσσαν,* Num. *μολίβῳ ἐναλίγκιον,* Nic. *μολίβου ζοφοειδέος,* Num. *κάλχῃ ἶσον,* Nic. *ἄνϑεσιν εἴσατο χαλκοῦ*) concentumque inter utrumque etiam in singulis rebus adparere videmus.

[1]) contra O. Schneider consensum illum inter Numenium Nicandrumque conspicuum non tam eo quod Numenius Nicandro in sermone eligendo exemplo fuit quam eo quod Apollodorus utriusque poetae in carminibus pangendis auctor fuit, explicandum esse dicit his verbis (prolegg. p. 201): 'satis autem apparet utriusque poetae versus adeo sibi esse similes, ut mirandum non sit, quod schol. ad Ther. 237 sua Nicandrum *ἐκ τοῦ Νουμηνίου μεταπεποιηκέναι* dixerit. at licebit tamen hic quoque suspicari utrumque ea, in quibus consentiant, Apollodoro accepta rettulisse' (cf. eundem in prolegg. p. 199). quae viri doctissimi sententia num vera sit magno opere dubito, praesertim cum consensus inter locos modo tractatos talis sit, qualem ex Apollodori libris fluxisse vix putem, quamquam ab illo medico Nicandrum praeter materiam nonnullas quoque dicendi generis proprietates sibi sumpsisse admodum veri simile est, quod tamen singillatim ob exiguitatem Apollodori reliquiarum, utpote quae non scriptoris ipsius, sed eorum qui eius opera adhibuerant verbis servatae sint, nullo pacto comprobari potest.

[2]) quorum quo quis materiam Nicandreorum carminum argumentis similiorem tractaverat, eo magis eum a Nicandro in usum converti potuisse manifestum est; cf. quae p. 6 adn. 5 de Archestrato *Ἡδυπαϑείας* auctore diximus.

[3]) quae ex Hesiodo petita esse sibi persuasit Ric. Volkmann ea Comm. epp. p. 55 sq. congessit. cf. quae contra eum disputavit O. Schneider prolegg. p. 210. tamen haud iniuria hos locos conferre licebit: Hes. Opp. 298 *ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς* et Ther. 117 *ἡμετέρῃσιν ἐρωήσειας ἐφετμαῖς,* Opp. 305 *μελισσάων κάματον* et Al. 144 *μελισσάων καμάτῳ,* Opp. 356 *ϑανάτοιο δότειρα* et Al. 612 *ϑανάτοιο . . . δότειραν,* Opp. 479 *ἠελίοιο τροπῆς* et Ther. 678 *ἠελίοιο τροπαῖς,* Opp. 587 *Σείριος ἄζει* et Ther. 779 *σείριος ἄζῃ.* quae locutiones apud utrumque scriptorem eodem versus loco leguntur. minoris vero momenti esse videtur, quod ut apud Hesiodum ita in Nicandri carminibus sat saepe invenies infinitivum imperativi loco usurpatum, quippe quem apud alios quoque generis didactici poetas, veluti apud Aratum frequentem esse constet.

fuisse Otto Schneider praef. p. V med. adfirmat,[1]) probari posse putem.[2]) neque vero didacticos tantum poetas Nicander in dicendi genere constituendo passim secutus esse, sed etiam epica carmina cum aliorum[3]) tum Homeri,[4]) a cuius sermone diligentissime observato Alexandrinos poetas profectos esse omnes satis notum est, Antimachi,[5]) Apollonii Rhodii[6]) in

---

[1]) de isto *τοῦ μεταφράζειν* negotio vide eiusdem viri docti prolegg. pp. 124 et 201 sqq., ubi permulti recensentur metaphrastae.

[2]) Aratum Nicandro exemplo fuisse singillatim demonstravit E. Maass in Arateis (Philol. Unters. XII.) p. 267 sq., qui hos Arati et Nicandri versus comparavit: Ar. 149 *ἔνθα μὲν ἠελίοιο θερείταταί εἰσι κέλευθοι* Ther. 469 *ἤτοι ὅτ' ἠελίοιο θερειτάτη ἵσταται ἀκτίς*, Ar. 921 *πάπποι, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης* Ther. 329 *ὡς γήρεια καταψηχθέντος ἀκάνθης* Al. 126 *οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα κάκτου,* Ar. 947 *ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων* Ther. 620 *γερύνων καναχοὶ περίαλλα τοκῆες βάτραχοι* Al. 563 *ἢ γερύνων λαιδροὺς δαμάσαιο τοκῆας* ac potissimum versus Arateos 637—644 cum loco Nicandreo Ther. 13—20. quibus versibus in testimoniis editioni Arateae adiectis Ar. 411 *ἄλλα πιφαύσκει* et Ther. 725 *ἄλλο πιφαύσκεο* addidit, quos tamen minus ad rem facere existimo. adde quod iam Witting 'de usu coniunctivi et optativi in enuntiationibus secundariis apud epicos Graecos' p. 40 sqq. passim de Arati Nicandrique in modis adhibendis concentu disputavit. quam ob rem ego quoque in hac commentatiuncula hic illic quae Arati Nicandrique communia esse videbantur adnotavi.

[3]) ut unum tantum proferam exemplum, versus Ther. 257 *ὅτ' ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ*, si scholiastae ad h. l. verbis fidem tribuere licet, ex incerti cuiusdam auctoris Heracleae versu manavit: *ἄλλοτε μὲν κυανοῦ, τοτὲ δ' ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ.*

[4]) de vocabulis a Nicandro ex Homero petitis egerunt cum Volkmann Comm. epp. p. 47 sqq. et O. Schneider prolegg. pp. 207 sq. et 211, tum Fr. Ritter in dissertatione de adiectivis et substantivis apud Nicandrum Homericis Gottingae 1880 in lucem emissa. verum non voces tantum ex Homero Nicandrum sumpsisse, sed sententias quoque Homericas in carminibus pangendis respexisse quam maxime veri simile est. quod si reputaveris, fortasse tolletur difficultas, quam in versu Al. 462 *ἄλλοτε δ' ἐν δροίτῃ κεράων ἐμβάπτεο σάρκας* notavit I. G. Schneider (Al. p. 226), loci Homerici *κ* 361 sq. *ἔς ῥ' ἀσάμινθον ἕσασα λό' ἐκ τρίποδος μεγάλοιο, | θυμῆρες κεράσασα* ratione habita, ita ut *κεράων*, quod I. G. et O. Schneider in indice falso ad *κέρας* rettulerunt, Homerico *θυμῆρες κεράσασα* respondeat a *κεράω* derivandum (cfr. *γ* 332, *θ* 470, *ο* 500, *υ* 253, *ω* 364), id quod iam Gorraeus 'tepidam affundens' interpretatus sensisse videtur. praeterea haud raro Nicander Homeri versus vel potius versuum particulas ea ratione imitatus est, quam Lehrs Quaest. epp. p. 287 significavit his verbis: 'memorabilis apud epicos imitatio est, quae similium litterarum consonantia per aures potius quam per mentem subnascitur'; conferas quaeso *Ν* 707 *Σ* 544 *τέλσον ἀρούρης* cum Nic. Ther. 546 *τέλσον ἅλωος*.

[5]) quem Nicandro exemplo fuisse testis est scholiasta ad Ther. 4: *ἔστι δὲ ὁ Νίκανδρος ζηλωτὴς Ἀντιμάχου, διόπερ πολλαῖς λέξεσιν αὐτοῦ κέχρηται*, quod R. Volkmann p. 59 et O. Schneider p. 210 exemplis comprobaverunt.

[6]) ex quo Nicander verba composita qualia sunt *ἐπιπροθέω* (Ther. 382) petiisse videtur (cf. Volkmann p. 63). porro Nicandrum versum Al. 496 *ἐκ ποταμοῦ ταυρηδὸν ἐπιπροπεσὼν ποτὸν ἴσχῃ* (adde Ther. 340 sq. *ἠύτε ταῦρος ὑπὲρ ποταμοῖο νενευκὼς | χανδὸν ἀμέτρητον δέχεται ποτόν*) ex loco Apolloniano IIII 1446 sq. *ῥωγάδος ἐκ πέτρης πίεν ἄσπετον, ὄφρα βαθεῖαν | νηδὺν φορβάδι ἶσος ἐπιπροπεσὼν ἐκορέσθη* effinxisse veri simillimum est. praeterea versus quoque Apoll. IIII 1539 sqq. de angue ad latibulum suum serpente haud scio an Nicandro ob oculos versati sint; cf. IIII 1539 *δράκων σκολιὴν*

rem suam convertisse atque alios quoque carminum auctores [1]) ante oculos habuisse videtur. quid multa? ex omnibus fere omnium generum poetis Nicander copiosam illam verborum supellectilem in carminibus suis conspicuam congessit ne dialectis quidem neglectis, ex quibus eum nonnulla, quae sibi in rem esse existimaverat, delibasse O. Schneider prolegg. p. 208 sq. exemplis collatis docuit, denique reconditis obsoletisque vocabulis undique collectis (cf. O. Schneider prolegg. p. 209), quae eum maximam partem ex suis ipsum *Γλωσσῶν* libris transtulisse existimare licet (cf. O. Schneider p. 203 sqq.). quodsi istam Nicandri rationem verborum congerendorum ac versuum pangendorum valde laboriosam reputaverimus, facile intellegemus poetae carmina, quippe quae magnam partem praecepta seu ad artem medicinam [2]) seu ad rem rusticam [3]) spectantia versibus inclusa contineant, ob quaesitum [4]) illud dicendi genus ea, quae in eiusmodi argumentis perquam necessaria est, claritate quam maxime caruisse atque omnes, qui res, de quibus Nicander egit, tractaverunt, non poetae Colophonii carmina contorta, sed scriptorum artium illarum peritorum libros adiisse. [5])

Neque tamen eo setius defuerunt, qui Nicandri insisterent vestigiis, sive eandem atque ille materiam carminibus Nicandreis, ut videtur, adhibitis denuo versibus incluserunt, quod de Romanis potissimum valet, e quibus Vergilium in Georgicis atque Aemilium Macrum in Theriacis Nicandrum secutos esse Quintilianus X 1, 56 testis est, sive, quod ad Graecorum poetarum pertinet illos, qui argumentum a Nicandri operibus haud ita alienum versibus persecuti sunt, huius dicendi rationem in rem suam con-

---

εἱλιγμένος ἔρχεται οἶμον cum Nic. Ther. 267 *οἶμον ὁδοιπλανέων σκολιὴν τετρηχότι νώτῳ*). idem fortasse de loco Apoll. IIII 1500—1534, quo de Mopso serpentis ictu interfecto agitur, cui narrationi simile argumentum Nic. Ther. 312 sqq. et 545 sqq. habes, statui potest; conferas quaeso v. 1506 cum Ther. 305, v. 1510 cum Ther. 445 et 719, v. 1519 cum Ther. 545 et 807, v. 1521 cum Ther. 187 sq., v. 1522 cum Ther. 189, v. 1523 cum Ther. 430 sq., v. 1528 sq. cum Ther. 429 sq., v. 1529 cum Ther. 308, 331, 361 sq.

[1]) veluti similitudinem aliquam intercedere vides inter Eur. Troad. 750 *τί μου δέδραξαι χερσὶ κἀντέχει πέπλων* et Ther. 16 *ἀχράντων ὅτε χερσὶ θεῆς ἐδράξατο πέπλων*, Theocr. XIII 12 sq. *ὁπόχ' ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν | σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ' αἰθαλόεντι πετεύρῳ* et Ther. 196 sqq. *ἴκτιδος, ἥ τ' ὄρνισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον | μαίεται, ἐξ ὕπνοιο συναρπάζουσα πετεύρων, | ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπίκριοι ἢ καὶ ἀφαυρὰ | τέκνα τιθαιβώσσουσιν ὑπὸ πλευρῇσι θέρουσαι.* praeterea cf. ea, quae I. Geffken Ann. phil. suppl. XXIII p. 147 adn. 1 Nicandro cum Leonida Tarentino communia esse statuit.

[2]) cuius generis carmina sunt: *Θηριακά, Ἀλεξιφάρμακα, Προγνωστικά,* de quibus vide Suidam: *ἔγραψε (Νίκανδρος) Προγνωστικὰ δι' ἐπῶν, μεταπέφρασται δὲ ἐκ τῶν Ἱπποκράτους Προγνωστικῶν.*

[3]) quod valet de carminibus quae *Γεωργικά* et *Μελισσουργικά* inscribuntur.

[4]) nimis severam, ne dicam iniustam de Nicandro sententiam pronuntiavit R. Volkmann p. 46; contra intra iusti rectique iudicii fines G. Bernhardy histor. litt. Graec. II 2 p. 735 se continuit.

[5]) cf. O. Schneider prolegg. p. 165.

verterunt (cf. O. Schneider prolegg. p. 164), in quem numerum praeter alios didactici Oppianus in Halieuticis scriptorque Cynegeticorum, medici Andromachus, Marcellus Sideta[1]) iique, quorum reliquias Bussemaker p. 90 sqq. collegit, alius magis alio, porro incertus auctor, qui de viribus herbarum scripsit,[2]) astrologus Maximus, falsus ille Orpheus in Lithicis referendi sunt.

De Nicandri dicendi genere, ut de eis taceam, quae passim ab Ottone Schneidero in egregia quam ille curavit reliquiarum Nicandrearum editione exposita sunt, atque in primis de vocabulis ab eo adhibitis egerunt R. Volkmann in commentatione epica altera, J. Lingenberg, qui in quaestionum Nicandrearum — prodiit is liber Halis S. a. 1865 — capite tertio de substantivis, adiectivis, adverbiis huic poetae propriis disputavit, F. Ritter in libello de adiectivis et substantivis apud Nicandrum Homericis Gottingae a. 1880 emisso. denique Witting, qui de usu coniunctivi et optativi in enuntiationibus secundariis apud epicos Graecos scripsit, passim Nicandrum respexit. vides igitur exiguas tantum totius operis partes adhuc tractatas esse. quae cum ita essent, hac commentatiuncula capita quaedam, quae ad syntaxim pertinent, explicare atque illustrare conatus sum. itaque uberius disserui de particulis, de enuntiatorum secundariorum usu, de pronominibus. simul in appendice de quibusdam dicendi proprietatibus apud Nicandrum obviis ea quae ad Nicandri artem intellegendam ac recte aestimandam facere videntur brevius exposui. quodsi in re tractanda duorum tantum carminum, quae integra ad nostram memoriam pervenerunt, Theriacorum et Alexipharmacorum, rationem habui, ceterorum autem reliquias neglexi, id propterea me fecisse scito, quod ex illis tantum solidam sermonis Nicandrei imaginem effingere licet, fragmenta autem illa male tradita et plerumque exilia pauca et magnam partem incerta subsidia ad rem expediendam nobis suppeditant. fundamentum autem totius quaestionis me editionem ab Ottone Schneidero paratam posuisse per se patet. a qua si hic illic discessi, meum de locis illis iudicium in adnotationibus accuratius explicare atque confirmare studui. versus Ther. 28, 159 sq., Al. 557, 616—628, quos cum O. Schneidero spurios esse censeo, prorsus neglexi. contra versus Al. 611—615, quos ille item in dubium vocavit, cum rem nondum satis exploratam haberem, tamquam a Nicandro profectos mihi respiciendos esse existimavi.

Haec igitur praefatus hoc opusculum benignae hominum eruditorum aestimationi commendo. qui si me non sine fructu in re suscepta elaboravisse iudicaverint, ex amplissimo quem congessi adparatu alia quibus opus inceptum continuetur deprompta me prolaturum esse promitto.

---

[1]) cf. Comment. Ribbeck. p. 115 sqq.

[2]) cf. Hermae vol. XXV p. 103 sqq.

I. De particulis.

De particulis disputaturo mihi monendum videtur non minimi esse momenti in particulas vel per se positas vel cum aliis coniunctas accuratius inquirere, praesertim in poeta, qui nonnumquam longa versuum serie nihil aliud quam continuam remediorum, quorum nomina variis particulis vel copulativis vel disiunctivis inter se consociantur, enumerationem praebeat.

A. De particulis copulativis.

Eiusmodi particulae apud Nicandrum hae leguntur: *καί*, *τέ*, *ἠδέ*, *ἰδέ*. in particula *καί* duas inesse notiones, unam copulativam, alteram adverbialem, qua Latino 'etiam' respondet, nemo nescit. priore igitur loco de vocula *καί* vi copulativa instructa agetur, quo substantivis substantiva, adiectivis adiectiva, verbis verba, enuntiatis enuntiata adnecti, nonnumquam varii generis vocabula inter se coniungi constat. substantiva igitur hac vocula conexa et in Theriacis et in Alexipharmacis saepissime inveniuntur. Ther. locis XXIII qui huc pertinent (54, 55, 71, 98/9, 248, 296, 389, 453, 462, 493, 524, 607, 614, 616, 640, 645, 649, 669, 692, 770, 804, 818, 844) respectis facile id observari potest poetam quam maxime id spectasse, ne substantiva *καί* particula copulata statim se invicem exciperent. qua de causa eum tum adtributum alterutrius substantivi (98/9, 453, 462, 493, 524, 607, 616, 645, 649, 804, 844) tum utriusque substantivi attributa, quod raro tantum fit (55, 71), tum verbum finitum aliudve orationis membrum (54, 248, 389, 614, 692, 770, 818) tum modo particulam quandam (296, 640, 669) interposuisse videmus. quid quod duobus locis (147, 900) ita comparatis, ut inter substantiva nullum omnino verbum intercedat, substantivorum concursus sic lenitur, ut uno substantivo versus claudatur, ab altero autem particula *καί* adnexo versus proximus incipiat. contra numerus locorum, quibus mediis in versibus statim inter se substantiva excipiunt, dimidio fere minor est; neque enim plus XIII eiusmodi loci extant. quibus locis saepius (octies) neutri substantivo vocem ullam adtributi vice fungentem additam invenimus (21, 142, 278, 359,[1]) 489, 559, 937,[2]) 949), rarius (quinquies) alterutrum substantivum adtributo instructum legitur

---

[1]) vide append. I.

[2]) quo loco *ἴριδος*, quod libris exhibetur, in *ἴριδες* mutandum esse mihi quidem veri simile videtur collato quod sequitur *ἀναλέεσσι πυρέθροις* — nam quod I. G. Schneider

(218,[1]) 422, 792, 874,[2]) 882). quibus locis metrica ratio obstare videtur, quominus substantiva, etsi adiecta sint adtributa, inter se disiungantur. his locis omnibus bina tantum substantiva *καί* semel posito copulata videmus. iam unus restat, 415, quo particula bis collocata tria[3]) inter se coniuncta substantiva extant, sed ita ut inter unum alterumque intercedat participium, de quo illa dependent, alterum autem tertiumque adtributo tertii substantivi seiungantur: *βρύα προλιπὼν καὶ ἕλος καὶ δμήθεα λίμνην.* iam ad Alexipharmaca nos vertamus, cuius carminis locis septem (16, 174, 181, 191, 374, 444, 615[4])) isdem rationibus, de quibus supra exposuimus, substantiva vocula *καί* adnexa distinentur; duobus autem locis (330 et 593) ea statim inter se excipiunt, ita tamen ut unum substantivum in versu exeunte, alterum una cum particula *καί* in ineunte proximo positum sit. sed non plus uno loco (417) in medio versu substantivum substantivo continuatur adtributo utrique addito: *νέον σπείρημα καὶ ἀμφίκρηνα κομάων.*

Quibus expositis nunc eos adferam locos, quibus adiectiva et participia vocula *καί* inter se coniunguntur.[5]) atque adiectiva septem Ther. locis (151, 173, 326, 544, 762, 776, 820) inter se consociantur, quorum quattuor (151, 544, 762, 776) adiectiva solito more dirimuntur. neque id verborum distinendorum studium ab iis locis abest, quibus participia participiis particula *καί* adnectuntur, Ther. 457, 471, 538, Al. 70. contra Al. 41[6]) et 196 adiectiva statim inter se excipere videmus. restat ut pauca de iis locis quibus verba verbis, enuntiata enuntiatis conseruntur exponam. verba igitur et enuntiata decem Ther. locis, 97, 193, 314, 475, 587, 635, 652, 675,[7]) 693, 711, quinque Alex. 114, 175,[8]) 414, 461, 566 inter se colligantur. qua

---

et Lehrs ediderunt *ἀναλέοις τε πυρέθροις* prorsus ineptum est propter *τέ* post *ἀναλέοις* insertum.

[1]) ubi tamen *Κέρκαφος* adiectivi quoque loco accipi potest.

[2]) qui versus eodem quo 882 modo conformatus est.

[3]) bina membra particula *καί* iterata coniuncta in Theriacis Alexipharmacisque non inveniuntur; nam Ther. 453 et 949 unum *καί* adverbialiter positum est, qua in re Nicander Homerum videtur secutus esse, qui excepto loco *N* 260 (cf. Hoffmann Quaest. Hom. p. 251 adn.*) *καὶ . . . καί* vitavit; Aratus vero — ut didacticum poetam adferam — *καὶ . . . καί* adhibuit his locis: 9, 60, 266, 777, 839, 963.

[4]) quem versum ad exemplar loci Al. 191 effictum a Nicandro abiudicavit O. Schneider prolegg. p. 159.

[5]) quamquam non pauci extant loci, quibus adiectiva nulla particula addita asyndetice inter se adnexa sunt, veluti Ther. 88 *κάμπην | κηπαίην, δροσόεσσαν, ἐπὶ χλωρηίδα νώτῳ,* 105, 108/9, 182/4, 284, 397/8, 640/1, 662, 717, 729/30, 733, Al. 36/7, 175, 243, 464, 465/6 al.

[6]) nisi forte praestat hoc loco *θηλυφόνον* et *κάμμαρον* pro substantivis habere.

[7]) hoc loco: *φύλλα κατέβρυξεν καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὄλεθρον* — quo fortasse Homerica imitatio statuenda est, cf. *Γ* 360 — in particula *καί* consecutiva fere vis inesse videtur ('und so, und auf diese Weise'). idem valet de locis Al. 114 et 566, quibus similis sententia exprimitur.

[8]) ubi *καί* accedente *ῥά* affirmativo vim fortiorem, qua respondet nostro 'und doch, und andererseits', habet.

in re notandum esse videtur Ther. 475, Al. 461 verba ita coniungi, ut tai quam una oriatur notio, ceteris autem locis enuntiata enuntiatis adnec

Postquam de locis, quibus copula *καί* in mediis versibus verba enu: tiataque coniunguntur, exposui, iam sequitur, ut addam nonnullis locis *κι* in prima versus sede extare, plerumque ita, ut maioris ambitus particul carminis absolvatur atque ad finem perducatur. huc pertinent septeı Ther. versus, 78, 562, 652, 674, 714, 951, 957, quibus locis, exceptis 67· atque 957, quo totum carmen absolvitur,[1]) *καὶ τὰ μέν* invenimus, qua voculae paene in formulam abierunt, qua Nicander magnum remediorum quae versibus antecedentibus congessit, numerum complexus simul addit quo modo illa remedia adhibenda sint. neque multum ab his Ther. locis differunt sex Al. versus 72, 113, 207, 333, 351, 629, qui ita sunt comparati ut *κέν* post *καί* extet, quod Ther. 957 quoque legitur. ac tribus (72, 113, 333) remediorum enumeratio ita clauditur, ut *καί* idem fere quod nostrum 'und so' valeat, v. 207 nova carminis pars incohatur, 351 media in parte *καί κεν* legitur, 629 in versuum quibus carmen concluditur priore.

Iam vero de iis locis disputandum est, quibus rarior particulae copulativae *καί* usus conspicitur. ac leviter tantummodo perstrictis locis Ther. 222[2]) (*ἔνθα καὶ ἔνθα*) et 495, quo adverbium cum accusativo adiectivi generis neutrius adverbialiter posito[3]) consociatum legimus (*διαμπερέως καὶ ἀπηλεγές*, cf. O 53: *ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις*) — ab Al. eiusmodi loci absunt — agemus de locis ita comparatis, ut membro altero vocula *καί*, quae respondet nostro 'und zwar', adiecto nihil novi contineatur, sed prius membrum tantum dilatetur atque accuratius definiatur.[4]) quibus locis Nicander adiectivo vel participio in uno membro posito in altero substantivum cum praepositione coniunctum addit aut vicissim. sunt autem loci hi: Ther. 639 *τυτθὸν δὲ καὶ ἐν χθονί*,[5]) 915 *ὀδοιπλανέοντα καὶ ἐν νεμέεσσιν*, 505 *ὑπὲρ αἴης καὶ οὐ βυθόωσα*. quibus fortasse adnumerari potest locus Al. 448 *ἔνθα δὲ καὶ κοίλοιο κατὰ δρυὸς ἐκτίσσαντο . . . θαλάμας*.[6]) itaque relinquitur locus Ther. 216, quo in particula *καί* cum copulationis tum gradationis vis inest: *ὀργυιόεντα καὶ ἐς πλέον*.[7])

---

[1]) hic versus in Al. parte ultima paucis mutatis iteratur.

[2]) *ἔνθα καὶ ἔνθα* formulam Homericam esse constat. ac si versum *Ψ* 320 *ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα* (cf. *X* 95) respexeris, fortasse conicias apud Nicandrum scribendum esse: *νωθεῖ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα διὰ δρύμ' ἑλίσσεται ὁλκῷ*.

[3]) vide append. II.

[4]) hic usus iam in Homeri extat carminibus; cf. *E* 398, h. Ap. 17, de quibus locis cf. Hermann ad Vig. n. 323, Franke et Baumeister ad. h. Ap. v.; adde tragicorum locos, Aesch. Prom. 728, 1007, Soph. El. 1455.

[5]) quo loco fortasse praestat *τυτθόν τε καὶ ἐν χθονί*.

[6]) quamquam de hoc loco aliter quoque statui potest; conferas, quae p. 17 de locis Ther. 483 et 599 dicam.

[7]) similiter comparati sunt loci *B* 346 *ἕνα καὶ δύο*, *γ* 115 *πεντάετές γε καὶ ἑξάετες* Xen. Cyr. VII, 5, 39 *πλείων καὶ πλείων*, alii.

Nunc de iis nobis dicendum est locis, quibus *καί* adverbii loco usurpatum videmus. qui usus apud Nicandrum eo, de quo modo disputavimus — qui LXXII Ther., XXV Al. locis conspicitur — paulo frequentior est, ita ut CVIII Ther., LXXV Al. locis *καί* adverbialiter positum inveniatur. ac primum illos enumerabo locos, quibus *καί* nude positum — aliis particulis non additis — legitur, substantivi plerumque urguendi causa, ita ut plerisque locis idem quod nostrum 'auch, ferner, überdies' valeat. quae notio conspicua est locis Ther. his: 86, 111, 119, 120,[1]) 258, 384, 535, 540, 575, 612,[2]) 685, 730, 758, 769, 811,[3]) 848, 856, 866, 868, 879, 914, 930, 934, 957. adde vv. 453 et 768, quibus particula vim fortiorem nostri 'sogar' habet. ex locis autem congestis, quorum numerus XXVI est, duo dicendi genera eximi possunt, unum,cui adnumerandi sunt loci 86, 535, 866, 930, quibus adverbiis *πολλάκι, ἄλλοτε, δήποτε* in versu primo positis *καί* additur, alterum, cuius sunt loci 384, 685, 769, 848, 856, 879, quibus imperativi vel similes verbi formae (*ἄγρει, δήεις, εἰ δ' ἄγε, λάζεο*) particula *καί* addita versum ordiuntur. neque dissimilis est usus in Al., ex quo carmine XIIII collegi exempla, 94, 173, 188, 261, 267, 300, 301, 325,[4]) 389,[5]) 488, 529, 551, 580, 629.[6]) in quibus item duo genera discernenda esse videntur, unum, quod locis 261, 301, 529 efficitur, quibus *πολλάκι καί* extat, alterum, quod eos comprehendit locos, quibus *καί ποτε*[7]) legitur, 300, 488, 551, 580; adde 267 *ἴσως καί*. neque ab hoc loco alienum esse videtur eos versus adferre, quibus *καί* in altera cuiusdam enuntiati sede eadem notione qua aliis locis *δέ* usurpari videtur in formula *ἀμφὶ καί*.[8]) cuius modi locis (Ther. 247, 430, Al. 79, 437, 449) plerumque nonnulla enuntiata *δέ* adnexa vel praecedunt vel succedunt, ut facile intellegas poetam hiatus vitandi causa *καί* pro solito *δέ* adhibuisse. denique nonnullis locis particula *καί* ad participium vi concessiva instructum[9]) accedit, Ther. 719, 867, Al. 225, 585 (*καὶ οὐ χατέοντα*), 361 (*καὶ οὐ ποθέοντά περ ἔμπης*; cf. *P* 229 *καὶ τεθνηῶτά περ ἔμπης*).

Sed quoniam nunc ad eos venimus locos, quibus *καί* adverbiale cum aliis particulis vel copulativis vel disiunctivis nec non cum ad-

---

[1]) cf. *I* 159 *τούνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων.*

[2]) ubi in *καί* fortasse copulativa vis inest.

[3]) quo loco *καί* ad enuntiatum relativum pertinet.

[4]) cf. Ther. 575.

[5]) cf. Ther. 868.

[6]) cf. Ther. 957.

[7]) quod in notionem *πολλάκι καί* plane abit, ut *πολλάκι* vel *ἄλλοτε* vel simile quid aut praecedat aut sequatur.

[8]) cuius loco solitum *ἀμφὶ δέ* nonnullis locis veluti Al. 209 legitur.

[9]) qui usus apud Homerum longe patet; cf. *I* 655, *N* 787, *Π* 627.

verbiis [1]) pronominibusque coniunctum invenimus, praemonendum est huiuscemodi locis particulam καί cum altero, quod ei additum videmus, vocabulo in unam quandam notionem coalescere. ac primum de iis disseramus locis, quibus καί vocula ad particulas copulativas vel disiunctivas accedit. καί τε [2]) igitur, quod primum in disputationem veniat, Nicander paucis — quinque enim sunt — Ther. locis (29, 43, 212, 358, 645) collocavit ita, ut in his particulis adhibendis non certam sibi constituisse videatur regulam. quae res ex eo intellegi potest, quod καί τε v. 29 in enumeratione adhibuit vocula ἠδέ sequente, 212 et 358 in medio versu pro simplici καί vel δέ usurpavit, 43 et 645 [3]) eodem modo atque in Al. hac iunctura usus est. sed multo pluribus — sunt enim XVII — Al. locis poeta καί τε usurpavit, quibus particularum καί τε usum certis terminis circumscripsit, cum καί τε in versus initio posito novum induceret medicamentum vel remediorum enumerationem ita, ut enuntiatum quod antecedit puncto vel semicolo distinguendum esse adpareat. qui loci ita comparati sunt, ut raro per se ponatur καί τε (62, 98, 575), persaepe addatur σύ (48, 148, 186, 230, 268, 323, 433) vel σύ γε (92, 108, 171, 239, 563); duobus autem locis (387 et 588) καί τε καί notione non mutata legitur.[4])

Nunc ad eos transeamus locos, quibus Nicander καί adverbiale particulae ἤ postposuit. quas particulas perpaucis locis exceptis in versus initio vel post caesuram quam vocant bucolicam invenimus, atque ἤ καί [5]) decem Ther. locis (6, 26, 82, 198, 217, 263, 763, 861, 875, 901), ἠὲ καί autem tredecim (23, 73, 80, 89, 207, 388, 400, 401, 537, 586, 596, 678, 808);

---

[1]) fortasse huc referri possunt etiam loci Ther. 86, 535, 866, 930, Al. 261, 300, 301, 488, 529, 551, 580; de quibus supra p. 14 diximus.

[2]) cf. Kuehner II 700 a α, qui τέ confirmativam particulam esse ratus καί τε interpretatur 'et vero, et quidem'; idem sensisse videtur Krueger Di. § 69, 41, 3. longe aliter de ea re statuerunt Baeumlein 'Griechische Partikeln' p. 227, 8, G. Christ: 'Der Gebrauch der griech. Partikel τε' act. acad. Monac. a. 1880 p. 42 sq., qui καί τε nostro 'und auch' respondere dicit, alii. καί τε, quod inter alios poetas epicos scriptor hymni Homerici in Venerem in deliciis habet (vv. 3, 30, 36, 38, 51, cf. Christ p. 42), ab Arato prorsus abest. adde praeterea ea quae O. Schneider in Callimachi ed. vol. I p. 208 disputavit.

[3]) quo loco particulis καί τε pronomen σύ γε additum est.

[4]) ut rem sub uno adspectu ponamus, hae sunt inter Ther. et Al. in particulis καί τε adhibendis discrepantiae: una, quod in Al. hae particulae multo saepius quam in Ther. inveniuntur; altera, quod in Ther. vel in medio versu enuntiatoque eadem notione atque καί vel δέ adhibentur (212 et 358), contra in Al. nisi in versuum principio non ponuntur; tertia, quod in Ther. de II et III persona promiscue usurpantur, in Al. perpaucis exceptis locis (98, 387, 575), quibus de remedio quodam III collocata est, II persona adhibetur, scilicet lectoris, qui aliqua medicina uti iubetur; quarta, quod in Ther. simplex particularum καί τε copulatio extat (excepto v. 645), contra in Al. plerumque σύ vel σύ γε additur, ita ut καί τε σύ et καί τε σύ γε quasi in formulam abierint.

[5]) ἤ καί vel ἠὲ καί iam saepe apud Homerum extant; cf. *Α* 63, 395 (vide Ameisii append. ad h. l.), *Η* 196 al.

adde 845 ἢ ἔτι καί.[1]) sunt igitur Ther. XXIIII id genus loci, in Al. vero huius usus XVIII extant exempla: ἢ καί quater legitur (153, 253, 276 [ἢ καί που],[2]) 356 [ἢ ὅγε καί]), ἠὲ καί novies (54, 133, 241, 322, 375, 455, 469, 564, 573), ἢ ἔτι καί quinquies (232, 306, 349, 368, 568).[3]) particulis ἠὲ καί commemoratis voculas ἠδὲ καί,[4]) quae notione non multum ab illis differunt, inspiciamus. quae coniunctae duobus tantum Ther. locis — ab Al. enim ἠδέ prorsus abest — 615 et 656 eaeque utroque loco post caesuram quam vocant bucolicam leguntur.

Neque praetereundi sunt Ther. loci 51, 145, 520, 896, 921, quibus particulis affirmativis ναὶ μήν a Nicandro frequenter adhibitis καί adverbiale additum videmus, quibus adnumerandus est locus Ther. 550 ἦ μὴν καί. in Al. talia non inveniuntur.

Iam videamus quae adverbia a Nicandro cum adverbiali καί coniuncta quoque modo ea usurpata sint.[5]) etenim permultis locis invenimus σύν vel nude positum vel aliis particulis additis: σὺν καί Ther. 8, 628, 869, 948; σὺν δὲ καί[6]) Ther. 605, 650, 910 (quo quidem loco σύν praepositio, non adverbium est), Al. 46, 266, 274, 491, 534; σὺν δέ τε καί Ther. 907, Al. 259; σὺν καί που Ther. 881. paulo minor est numerus eorum locorum, quibus καί aliis adverbiis adiungitur, veluti ἐν καί Ther. 536, 946, Al. 329, ἐν δὲ καί[7]) Ther. 476, 592, ἐν καί που Al. 373[8]) inveniuntur. praeterea huc referendae sunt iuncturae ἄμμιγα καί Ther. 949 et ἀμφὶ καί Ther. 946, quae in Al. omnino non leguntur.[9])

---

[1]) cf. *B* 229 ἢ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι;

[2]) adverbium πού modo eadem ratione atque καί adverbiale usurpatur, cf. ἠέ που (Ther. 521) cum ἠὲ καί (Ther. 23 alibi), ἢ ἔτι που (Ther. 492, Al. 136) cum ἢ ἔτι καί (Ther. 845 alibi), ἢ ὅγε που (Ther. 413) cum ἢ ὅγε καί (Al. 356), modo καί adverbiali adiungitur Ther. 881 σὺν καί που, Al. 43 τῷ καί που, 276 ἢ καί που, 344 ἢ καί που, 373 ἐν καί που; praeterea πού invenitur Ther. 115 εἰ δέ που ... κύρσῃς, 186 ἐχθρῶν που τέρα κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειε, 637 τῆς δὲ τὸ μέν που (de quo loco conferas p. 24 adn. 4), Al. 449 ἐκτίσσαντο πρῶτόν που θαλάμας, 600 αὐτάρ που.

[3]) neque in harum particularum copulatione adhibenda sibi constitisse videmus Nicandrum, cum in Ther. ἢ ἔτι καί inter XXIIII locos semel tantum usurpaverit, contra in Al. hanc formulam adeo in deliciis habuerit, ut eam quinquies inter XVIII eiusmodi locos adhiberet.

[4]) ἠδὲ καί etiam apud Homerum Hesiodumque eodem versus loco reperimus: *A* 334 Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, *H* 274, Hes. Theog. 47; cf. praeterea α 240, Hes. Theog. 113 al.

[5]) huiusmodi locis plerumque sic comparatis, ut remedia enumerentur, non raro verbum finitum deest, ita ut ex iis quae praecedunt supplendum sit.

[6]) cf. σὺν δέ τε Ther. 940.

[7]) cf. ἐν δέ τε Ther. 84, Al. 430; de quo usu cf. praeterea p. 17 adn. 5.

[8]) ubi ἐν καί 'simul' vel 'praeterea' valere iure monet O. Schneider in prolegg. p. 109.

[9]) de his particularum copulationibus a Nicandro adhibitis uberrime egit O. Schneider prolegg. p. 86 sq.

Sequitur ut eos adferam locos, quibus *καί* pronominibus demonstrativis vel relativis adiectum est ita, ut *καί* vel addito vel omisso totius enuntiati ratio non immutetur. quamquam nonnullis locis huc pertinentibus quis existimare possit particulae *καί* vim maiorem, quae nostro 'auch, sogar' respondeat, inesse, quod equidem loco Ther. 627 *κονίλην, ἥν τε καὶ Ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφὶς ἔπουσι* cum Al. 47 *χλοεροῦ πρασίοιο, τὸ δὴ μελίφυλλον ὑδεῦσι* collato non probem. sed iam singula inspiciamus. atque demonstrativis his locis *καί* additum invenitur: Ther. 161 *ἧ καί*, 235 *τῆς καί*,[1] 542 *τῆς καί*,[2] 765 *τοῦ καί* (cf. Ther. 161), Al. 87 *τῷ καί*,[3] 209 *τοῦ καί*, 255 *τοῦ καί*, 291 *τῷ καί*;[4]) quibus locis simplex *καί* demonstrativis adiectum videmus, sicut plerisque locis pronominibus demonstrativis *δέ* fulciendi causa additur. adde Ther. 743 *τοῦ δὲ καί*,[5] Al. 347 *τῷ δὲ καί*, Ther. 791 *τῶν δὴ καί*, 801 *οἷς δὴ καί*, Al. 43 *τῷ καί που*, 344 *ἧ καί που*, Al. 224 *τὸν μὲν καί*.[6] praeterea fortasse huc referri possunt Ther. loci 483[7] et 599, quibus *ἔνθα καί* legitur. pronomina autem relativa cum particula *καί* consociata ita, ut excepto loco Ther. 858 (*ἧ καί*)[8] *ὅς τε καί*[9] usurpetur, extant his locis: Ther. 76, 552, 568,[10] 627, 807, 813, 819, Al. 172, 613.

Restat ut de locis nonnullis pauca addam, quibus rarior quidam adverbialis *καί* usus conspicitur. ac primum adnotandum videtur Ther. 322 *καὶ δέ* legi (*καὶ κεράων δ' ἔμπλην δέμας ἄμμορον*), quas particulas, apud Homerum statim inter se excipientes, a recentioribus epicis non raro disiungi Schneider exemplis ad hunc locum collectis docuit. deinde commemorandus est locus Ther. 367/9 *ἀλλ' ὅταν ὕδωρ σείριος αὐήνῃσι, . . . καὶ τόθ' ὅγ' ἐν χέρσῳ τελέθει*, quo poeta Homeri rationem imitatus *καί* enuntiato primario praecedente secundario praefixit.[11] neque ii omittendi sunt loci, quibus *καί* cum coniunctione condicionali coniunctum vi concessiva

---

[1]) cf. *Λ* 249.

[2]) quo tamen loco I. G. et O. Schneider et Lehrs relativum esse statuere videntur.

[3]) hoc Al. loco atque 43, 209, 224, 347 longa vel notarum morbi ex veneno contracti vel remediorum series a demonstrativis incipit.

[4]) quo loco fortasse *καί* cum sequente *πέρ* coniungendum est.

[5]) licet conferre Ther. 280, 432, Al. 38, ita ut eis locis, de quibus agimus, *καί* in locum particulae *τέ* successisse sumatur; cf. Christ p. 43, qui locos Homericos *Η* 214, *Θ* 440, *Β* 336 adfert.

[6]) quocum simili modo comparari possunt vv. Ther. 448, 484, 717, Al. 36, 111, 159, 162, 195, 298, 319, 498.

[7]) quamquam hoc loco *καί* ad *πέρ* pertinere veri simile videtur; cf. Al. 291.

[8]) quo loco *καί* item pro vocula *τέ* accipi potest, ut *ὅς καί* idem sit quod *ὅς τε*; cf. Christ p. 60, qui citat hos locos: *Β* 827, 866, 872 al.

[9]) cf. *Ξ* 345.

[10]) hoc loco et Ther. 807 — de ceteris generis relativi locis sane dubitari potest — *καί* nullo pacto vim fortiorem, ut nostro 'auch, sogar' respondeat, habere potest.

[11]) cf. *ζ* 297, *ι* 250, *κ* 144, 346, *τ* 251, quibus locis omnibus *καὶ τότε* legitur

instructum extat, Ther. 445, 779 (καὶ ἥν),[1]) Al. 1 (εἴ καί). tum locis Ther. 112 (λίπαζε καὶ εἰς ὁδὸν ἢ ἐπὶ κοῖτον, ἢ ὅταν ...) καί sequentibus ἢ... ἤ,[2]) Ther. 506 (ἦν σὺ καὶ αὐαλέην, ὀτὲ δ' ἔγχλοον ... ἀράξας) καί succedenti ὀτὲ δέ respondere videmus.

Quibus expositis nonnulli reliqui sunt loci (Ther. 595, 618, 945, Al. 263), quibus καί cum participiis coniunctum legitur ita, ut, si participium sua vi positum sumimus, καί adverbii loco habeatur necesse sit, sin id liberiore modo abhibitum accipimus, quae res multis aliis locis Nicandreis[3]) comprobatur, voculae καί notionem copulativam inesse statuendum sit.

Disputatione de particula καί ad finem perducta sequitur ut in voculam τέ eiusque usum, qualis apud Nicandrum conspicitur, inquiramus. priore igitur loco de simplici τέ, posteriore de τὲ ... τέ, τὲ καί consociatis verba faciamus. ac primum, ut eundem atque in particula καί tractanda ordinem servemus, XXXXIII Ther. locis substantiva inter se hac particula conectuntur (65, 71, 214, 318, 461, 465, 489, 531, 584, 596/7, 607, 608, 626, 628, 633, 716, 722, 724, 744, 753, 787, 821, 828, 842, 846, 849, 851, 858, 859, 869, 878, 881, 883, 888, 899, 902, 907, 911, 938, 939, 941, 942, 948). Al. huius generis locos XVI praebent (15, 17, 49, 201, 204, 275, 329, 396, 406, 412, 418, 430, 464, 485, 524, 604).[4]) accedunt Ther. 890 et Al. 390, quibus substantivis enuntiata relativa hac particula adiunguntur. adde quod Ther. 104[5]) et 438 ea adiectiva, Al. 245 adiectivum et participium[6]) copulantur. restat ut moneamus paucis locis vocula τέ verba atque enuntiata inter se colligari Ther. 61,[7]) 333 (quo loco cf. O. Schneideri

---

[1]) cf. E 351, N 316, π 98, 116.

[2]) cf. O. Schneider prolegg. p. 117.

[3]) vide append. III.

[4]) neque his locis substantivorum, quae particula quadam coniunguntur, distinendorum quod de vocula καί disputantes observavimus studium deest; nam plerisque locis (XXX Ther., XII Al.) inter substantiva adtributum vel prioris vel quod saepius fit posterioris substantivi aut alia orationis pars interponitur; porro nonnullis locis, quamquam nullum intercedit verbum, tamen substantivorum concursus versus fine lenitur (Ther. 70/1, 722, 744, 878, 888, Al. 17). contra perpaucis locis mediis in versibus continuo succedunt substantiva particula τέ adiuncta et ita, ut Ther. 465, 938, Al. 430 neutri substantivo adtributum additum sit, pluribus tamen alteri substantivo (Ther. 531, 584, 753, 821, 858, 902, Al. 49, 604).

[5]) hoc loco πρώτην, μεσσατίην, πουλύτριπτον καλέονται conicio, cum vix duo genera voculis πρώτη et μεσσατίη inter se distinguantur, immo tria; cf. schol. ad hunc locum: ἐπεὶ πολλὰ εἴδη ῥοδίνου, καὶ τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ μέσον, τὸ δὲ μικτὸν καλοῦσιν, ὅπερ πολύτριπτον εἶπε. nomen πολύτριπτον i. e. 'multifariam tritum vel pressum' oleo ex rosis iam tertium prelo submissis facto quam maxime aptum esse unusquisque concedet; cf. quae in scholiis ad Ther. 103 de oleo rosaceo parando traduntur.

[6]) similem adiectiva cum participiis coniungendi usum de particulis τὲ καί disserentes observabimus; cf. p. 21 n. 4.

[7]) hoc loco ἀμφί τε simili modo atque nonnullis Ther. et Al. locis ἀμφὶ καί usurpatum videmus; cf p. 14.

notam), 432,[1]) 814, 899 (quo loco enuntiata relativa inter se copulata vides Al. 160, 332, 592, 609, quibus adde Al. 307, ubi particula *τέ* participiu libere adhibitum adnectitur, atque locis Al. 108/10 *ἢ καρύης ἄπο δάκρυο ἢ ἀταλύμνου | ἢ πελέης . . . | κόμμινά τε*, 178/9 *ναὶ μὴν ἀτμένιόν τε κεραιό μενον λίπος οἴνῃ | ἢ χιόνι γλυκέος μίγδην πόσις ἄλγος ἐρύξει*, 471/2 *τευθίδο . . . νεαλῆς γόνος ἢ ἀπὸ τεύθου, | οἷά τε* ('et ut') *σηπιάδος φυξήλιδος* voculan *τέ* particulae *ἤ*, sive praecedit sive succedit, respondere.[2])

Iam illos congeramus locos, quibus *τὲ . . . τέ* vel *τὲ καί* copulata in veniuntur. ac substantiva inter se *τὲ . . . τέ* coniunguntur XVI Ther. locis (74, 171, 211, 215, 245/6, 406, 452, 490, 494, 767, 810, 841, 857, 873, 889, 944), uno tantum Al. loco (377 *ὠπή τε βρῶσίς τε*),[3]) adiectiva vero Ther. 404, 815, Al. 286 conectuntur. quibus locis membra *τὲ . . . τέ* coniuncta saepe priorem versus partem (usque ad caesuram quam vocant trochaicam), raro posteriorem (inde a caesura trochaica) efficiunt. simul observes quaeso quinque tantum Ther. locis (74, 211, 406, 841, 857) substantiva statim inter se excipere,[4]) contra multo saepius (undecies) eo quem iam saepius commemoravimus modo distineri, quod non valet de adiectivis.[5]) verba quidem voculis *τὲ . . . τέ* coniuncta invenimus Ther. 187/8, quo loco *τὲ . . . τέ* cum negatione *οὐ* coaluit.[6]) restat ut commemoremus locis Ther. 1 sq. voculis *τὲ . . . τὲ . . . τέ*, Ther. 143 *τὲ . . . τὲ καί* terna membra inter se consociari (cf. adn. 3).

---

[1]) *περιπνιγέες πέλονται* idem est atque *περιπνίγονται*; cf. similes locos Ther. 402 *παλιντροπέες φορέονται*, Al. 45 *κοτύλη πέλοι καταμέστιος οἴνης*, Ther. 242 *σηπεδόνες . . . ἐπίδρομοι . . . ἔασι* (cf. Ther. 298 et 172), Ther. 575 *ἀμάρακος εἴη χραισμήεις* (cf. Ther. 914 et 926). accedunt circumlocutiones, quae verbis *ἴσχειν* vel *ἔχειν* efficiuntur: *ποτὸν ἴσχειν* i. q. *πίνειν* Al. 59 (quo loco *ἴσχοι*, non *ἴσχοις* scribendum est; cf. O. Schneideri prolegg. p. 158), 496, 502, 567, *μνῆστιν ἔχειν* Ther. 958 et Al. 630, *οἶμον ἔχειν* Ther. 819, *εἰλυθμὸν ἔχειν* Ther. 285, quo loco non vertendum est 'ubi latibulum habet' sed 'ubi convolvitur' (cf. Orph. Lith. 134), *μῶλον ἔχειν* Ther. 201; adde *δῆριν ἄγειν* Ther. 450.

[2]) cf. *B* 289 *ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραί τε γυναῖκες*; praeterea cf. Ther. 112.

[3]) neque praetereundum est nonnullis locis (Ther. 215, 406, 490, 944) non bina, sed terna membra ita copulata esse, ut uni substantivo nulla addita sit particula, alterum autem tertiumque *τὲ . . . τέ* coniungantur.

[4]) locis 74, 406, 841 alteri membro adtributum adiectum est.

[5]) porro propter particulae *τέ* collocationem memorabiles sunt loci Ther. 245/6 *κατ' ἀσφάραγον δέ τε λυγμοὶ | κίονά τε ξυνιόντες* (ubi voculas *δέ τε* coniungas cave, quippe quas Nicander nisi post pronomina demonstrativa vel adverbia non adhibuerit) et 944/5 *δάφνης | σπερμεῖα κύτισόν τε καταχνήθειν τε χαμηλὴν | ἵππειον λειχῆνα* (pro *κύτισόν τε χαμηλήν τε ἱππ. λειχ. καταχν.*).

[6]) hoc loco alienum non erit pauca de negationum usu Nicandreo addere. etenim praeter *οὐ* passim invenitur *οὐδέ*, sive vi copulativa instructum nomina Ther. 771 *ἀκήριος οὐδ' ἐπιλωβής* (cf. Ther. 148 et 478) et 407 vel enuntiata Ther. 389, 395, 405, 820, Al. 85, 395 inter se coniungit, sive notione adverbiali usurpatum vim substantivorum urguet Ther. 38 et Al. 539; particula autem prohibitiva *μή* in initio earum partium extare solet,

Iam ad alteram particularum iuncturam (τὲ καί) veniamus. hae particulae plerumque (inter LI locos XXXXII^ies) ita collocatae inveniuntur, ut inter τέ et καί trochaica quam dicunt caesura intercedat. atque longe plurimis locis substantiva coniunguntur, XXIII Ther.[1]) (5, 9, 52, 146, 150, 301, 330, 393,[2]) 398, 410, 517, 576, 585, 588, 617, 812, 840, 843, 872, 893, 894,[3]) 922, 947[4])),

---

quibus de venenis vitandis vel remediis dandis verba fiunt. reperimus igitur μή Ther. 128 (137 negatione μηδέ pergitur), 305 (μή ποτε), Al. 279, 594 cum optativo, Ther. 474, Al. 443 cum imperativo, Ther. 625 cum infinitivo coniunctum; μηδέ vero Ther. 583, 850 (bis), Al. 415 cum optativo consociatur, Ther. 574 (bis) cum imperativo, Al. 397 cum coniunctivo; excepto v. Ther. 282 (ἐνίσπω) hoc uno Nicandri loco coniunctivus in enuntiato primario invenitur (cf. Witting 'de usu coniunctivi et optativi in enuntiationibus secundariis apud epicos Graecos' Halis 1867 p. 53). adde μὴ μέν Al. 115, 335, 521, 611 optativo instructum. memorabilis est locus Ther. 405 sqq. οὐδέ τις οὐδ' οἰωνὸς ὑπὲρ νέκυν ἴχνια τείνας, | αἰγυπιοὶ γῦπές τε κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων (de singulari κόραξ cum pluralibus αἰγυπιοί et γῦπες coniuncto cf. O. Schneideri ed. Callim. I p. 374 et similem locum Al. 182/3 μέλισσαι, | πεμφρηδὼν σφῆκές τε καὶ ἐκ βέμβικες ὄρειαι), | οὐδὲ μὲν ὅσσα τε φῦλα νομάζεται οὔρεσι θηρῶν et propter iteratum οὐδέ et propter οὐδὲ μέν coniuncta. ceterum cum hoc loco comparari potest π 216 ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί, | φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες.

[1]) locis XVII inter τέ et καί caesura trochaica invenitur; contra locis 398, 588, 894 τέ et καί in alia versus sede posita et 5, 146, 893 voculis interpositis distenta sunt.

[2]) hoc loco praepositionem (ἐν) inter καί substantivumque alterum collocatam videmus, quod etiam in locos Ther. 843, 947, Al. 183 (cf. O. Schneideri adn.) valet, de quo usu cf. ea quae O. Schneider in prolegg. p. 83 disputavit.

[3]) O. Schneider pro βάλοις (v. 895) βαλών coniecit; mihi quidem tradita lectio ita servari posse videtur, ut τέ post εἰρύσιμον positum non ad καί (τὲ καί enim praeter locum usitatissimum — pedis III thesim intercedente caesura trochaica — nisi in quinti pedis thesi [cf. Ther. 369, 398, 588] apud Nicandrum non legitur) referatur, sed copulae, quam deesse putat Schneider, vice fungens sumatur (cf. Al. 332, 592, 609). sed fortasse praestat τὲ καί in δὲ καί (cf. Ther. 296 et 776) mutare; tum autem post βάλοις commate interpungendum est, ut βαρυώδεα ποίην appositio sit ad σπερμεῖ' ἐρεβίνθου σὺν χλοεροῖς θάμνοισι. aliter statuunt scholia, quae ante βαρυώδεα ποίην copulam καί omissam censent et diversam a cicere plantam intellegunt. ut vero βαλών coniceret Schneider praeter causas adlatas simili loco Ther. 568 sqq. λιπὼν . . . λείπει commotus est, de quo usu satis frequenti vide quae disseruit Kuehner II 656.

[4]) si quis hoc loco in genetivo partitivo offendit prope accusativum posito, conferat velim locos Ther. 540 ὄξος ἀφύσσων ἢ οἴνης, Al. 203 ἰρινέον θυέος . . . ὀρέξαις σίλφιά τ' ἐνθρυφθέντα, 239/41 ἢ ῥοδέης ἀφύσσων λίπος . . . ἠὲ καὶ ἰρινέοιο, 369 ἐγκνήθεο ῥίζας σιλφίου, ἄλλοτ' ὀποῖο (quo loco ὀποῖο non ad ῥίζας pertinere potest, cum ὀπός e silphio confectus sit). nisi forte quis hos locos eodem modo atque O. Schneider Ther. 540 οἴνης prolegg. p. 3 explicare mavult. ceterum genetivum partitivum de materia quadam usurpatum saepius apud Nicandrum legimus. perquam autem memorabiles sunt loci Ther. 562/3 καὶ τὰ μὲν ἄρ σύμμικτα πιεῖν ἢ ἀπ' ἄνδιχα κόψας | ὄξεος ἢ οἴνης et 606 καρκίνον ἐνθρύψαιο νεοβδάλτοιο γάλακτος (quocum conferas h. Hom. 9, 3 ἵππους ἄρσασα βαθυσχοίνοιο Μέλητος, β 261 χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλός, Plat. Lys. 210 a τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμπάσαι τῆς τέφρας). quorum uno loco scholiasta μετά supplendum censet, altero haec exhibet: ἔστι δὲ ἀντίπτωσις, γενικὴ ἀντὶ δοτικῆς· ἔδει γὰρ νεοβδάλτῳ γάλακτι καρκίνον ἐνθρύψαιο; cf. I. G. Schneideri cur. post. p. 253 (ad v. 562). sed usitatior

X Al.[1]) (8, 39, 167, 176, 183, 321, 394, 533, 554, 555). nonnumquam (VIII Ther., V Al. locis) membra, quae voculis *τὲ καί* consociantur, ita ordinata sunt, ut uni substantivo nude posito adiectivum succedat alterius substantivi, quod versum claudit. atque aliquotiens (sexies in Ther., bis in Al.) in singulis versibus terna membra ea ratione, quam commemoravimus, inter se coniunguntur. denique memorandus est locus Ther. 812 *πεμφρηδὼν ὀλίγη τε καὶ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα*, ubi *τέ* cum *ὀλίγη* coniungitur, quamquam eam particulam post *πεμφρηδών* positam esse expectamus; cuius rei causa videtur, quod *πεμφρηδὼν ὀλίγη* in unam quasi coaluit notionem et poeta, ut iam exposuimus, particulas *τὲ καί* caesura trochaica disiungere solet.[2]) adiectiva cum adiectivis consociata habes VII Ther. locis (34, 148, 213, 369, 385, 478, 659),[3]) III Al. (189, 500, 578),[4]) verba autem cum verbis III Ther. (77, 515,[5]) 777). sequitur ut eos enumeremus locos, quibus iunctura *τὲ καί* substantivum quoddam cum relativo quod sequitur enuntiato consociatur,[6]) Ther. 736, Al. 429,[7]) 490; adde Al. 78 *ὑπὲρ γέννάς τε*[8]) *καὶ ᾗ ῥυσαίνεται οὖλα.* accedit locus Ther. 602, quo adverbium cum adiectivo neutrius generis adverbii loco posito coniunctum est, *χύδην τε καὶ ὕστατον ἀμφικνήσας* (cf. Ther. 495).

Restant duae particulae copulativae, *ἠδέ* et *ἰδέ*. quarum una (*ἠδέ*) in Ther. solis invenitur ita, ut exceptis locis 383, 878, 900 in quinto versus pede conspiciatur; altera (*ἰδέ*) paucis tantum Theriacorum Alexipharmacorumque locis legitur. substantiva igitur substantivis *ἠδέ* adiunguntur

---

ille genetivus talibus locis est, quales Ther. 540, 693 *φύρσον ἁλὸς δίοιο* (quocum suo iure comparat O. Schneider *I* 214 *πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο*), Al. 203, 369 al. sunt.

[1]) VIII locis inter *τέ* et *καί* caesura extat trochaica; sed duobus, 167 et 555, inter *τέ* et *καί* voculae quaedam intercedunt.

[2]) quae ratio etiam apud alios generis didactici poetas valet, veluti apud Marcellum Sidetam, in cuius fragmento primo inter 43 versus non minus tres loci inveniuntur in hunc modum comparati: 17, 18, 27.

[3]) in vv. 148 et 478 alterum adiectivum nihil nisi negativa prioris adiectivi circumlocutio est; de quo usu cf. O. Schneider in ed. Callim. I p. 208, qui ex aetatis prioris poetis adfert h. Hom. in Merc. 284, Aesch. Sept. 104; neque illud praetermittendum videtur, his omnibus locis excepto v. 369 inter *τέ* et *καί* caesuram trochaicam intercedere, quod etiam de omnibus quos deinceps adferam locis valet.

[4]) his locis adiectiva cum participiis, in quibus accuratior definitio inest, coniuncta inveniuntur.

[5]) hoc loco et Ther. 777 verbum (*ἐστίν*) mente supplendum est.

[6]) cf. Ther. 890 et Al. 390; locis supra citatis item terna inter se copulantur membra caesura trochaica inter *τέ* et *καί* solito more intercedente.

[7]) hic versus et Al. 490 eodem modo conformati sunt: *τὲ καὶ ἣν Πέρσειον* (*Προμένειον*) *ἕπουσιν*.

[8]) hoc loco etiam collocatio particulae *τέ* notanda est.

VI locis: 301,[1]) 491, 561, 615 (*ἠδὲ καί*), 811, 878,[2]) adiectiva adiectivis non plus uno loco 656 (*ἠδὲ καί*), verba verbis 219 et 659. substantivis enuntiata relativa adnexa sunt: 29, 669, 883, 897; 883 et 897[3]) *ὅσα*, 29 et 669 *ἵνα* legitur. restant loci, quibus bina enuntiata secundaria eiusdem generis (sive temporalis sive relativi) inter se coniuncta sunt: 191,[4]) 383, 900. *ἰδέ* Nicander paucissimis (V) adhibuit locis ita, ut Ther. 616, 856, Al. 395, 467 substantiva, Al. 12 adiectiva eius ope coniungeret.

Iam si brevi in conspectu usum particularum copulativarum[5]) ponimus, ante omnia poetam in Alexipharmacis non solum frequentiam earum pro rata parte multo imminuisse videmus — in Ther. CLXXXXVII^ies^, in Al. non plus LXXII^ies^ eiusmodi particulae inveniuntur —, sed etiam quibusdam iuncturis prorsus abstinuisse. sic *ἠδέ*, quod in Ther. XVI^ies^ legitur, ab Al. plane abest, *τὲ . . . τέ*, quod XVIIII^ies^ in Ther. extat, in Al. bis tantum invenitur. praeterea observare licet longe plurimis (CXXXI Ther., XXXVIIII Al.)

---

[1]) hoc loco praepositio iteratur; cf. Ther. 669 *Κρύμνης ἀμπεδίον καὶ ἀνὰ Γράσον.*

[2]) is locus (*τρύχνον τ' ἠδὲ σίνηπι*) propterea notandus videtur, quod *τέ* praecedit ita, ut *τὲ ἠδέ* eodem quo *τὲ καί* modo adhibeantur; cf. locos Homericos *B* 206, *Z* 446, *α* 12.

[3]) hoc loco substantivum in enuntiato relativo positum videmus ita, ut ab huius verbo dependeat; cf. *I* 131 *μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρων | κούρην Βρισῆος.* hoc loco de adtractione sive adsimilatione in enuntiatis relativis apud Nicandrum conspicua pauca adnotabo. ac substantivum in enuntiato relativo ipso positum ita, ut ab eius verbo dependeat, videmus locis Ther. 390, 897, 900. substantivum in nominativo positum subiectum est enuntiati relativi Ther. 407, 491, Al. 390 sq. substantivum, cuius accusativus in enuntiato primario expectatur, enuntiati relativi subiectum est Ther. 890. adtractionem inversam, quam statuimus, cum substantivum quamquam non in enuntiato relativo ponitur tamen casum pronominis relativi adsciscit, habes Ther. 388; cf. *K* 416.

[4]) hoc uno loco *ἠμὲν . . . ἠδέ* a Nicandro adhibita sunt. hae particulae iam poetarum elegiacorum aetate obsoletae rarissime tantum apud posteriores (cf. Arati v. 800) leguntur.

[5]) de usu particularum copulativarum hanc quaeso inspicias tabulam:

		in Ther.	Al.
καί cop.	legitur locis	72	25
καί adv.	„ „	108	75
τέ	„ „	51	26
τὲ καί	„ „	35	16
τὲ . . . τέ	„ „	19	2
τὲ . . . τὲ . . . τέ	„ „	1	—
τὲ . . . τὲ καί	„ „	1	—
ἠδέ	„ „	16	—
ἰδέ	„ „	2	3
substantiva inter se coniunguntur:			
part. *καί*		39	10
„ *τέ*		43	16
„ *τὲ καί*		23	10
„ *τὲ . . . τέ*		16	1
„ *τὲ . . . τὲ . . . τέ*		1	—
„ *τὲ . . . τὲ καί*		1	—

	in Ther.	Al.
part. *ἠδέ*	6	—
„ *ἰδέ*	2	2
verba vel enuntiata:		
part. *καί*	17	11
„ *τέ*	4	5
„ *τὲ καί*	3	—
„ *τὲ . . . τέ*	1	—
„ *ἠδέ*	2	—
adiectiva et participia:		
part. *καί*	10	3
„ *τέ*	2	1
„ *τὲ καί*	7	3
„ *τὲ . . . τέ*	2	1
„ *ἠδέ*	1	—
„ *ἰδέ*	—	1

locis substantiva substantivis, nonnumquam (XXVII^{ies} in Ther., XVI^{ies} in Al.) verba verbis, enuntiata enuntiatis adiungi, aliquotiens (XXII^{ies} in Ther., VIIII^{ies} in Al.) adiectiva et participia, raro (XVII^{ies} in Ther., VIII^{ies} in Al.) alias orationis partes [1]) inter se coniungi.

B. De particulis adversativis.

Transeamus ad particulas quas dicunt adversativas. ex quibus quam saepissime non solum inter adversativas sed omnino inter omnes usurpatam videmus *δέ*, quae in Ther. CCCXX^{ies}, in Al. CLXXVIII^{ies} legitur. illam autem modo ea ratione adhiberi, ut prope ad significationem particularum copulativarum accedat, modo adversativa notione instructam esse, quod plerumque negatione praemissa fieri solet, nemo nescit. ac nonnumquam enuntiata, quae particula *δέ* adnectuntur, verbo finito carent, cuius in locum adverbia vel participia succedunt.

Primum igitur longe plurimis locis enuntiata enuntiatis, quae antecedunt, particula *δέ* adiunguntur ita, ut nulla fere alia in particula vis insit nisi copulativa.[2]) quid quod non raro *δέ* compluries deinceps positum invenitur, cuius usus luculenta sunt exempla Ther. 293—304, 718—733, Al. 188—194. contra aliquotiens *δέ* copulativis respondet particulis (*καί*, *καί τε*, *τέ* aliis) veluti Ther. 194, 315, 357, 674, Al. 593. nonnullis autem locis (Ther. 93, 642, 782, Al. 45) *δέ* in enuntiatis interpositis legitur; a quo usu non multum ea ratio differt, qua *δέ* particulae causalis *γάρ* loco adhibitum esse videtur; cf. Ther. 657, 810, Al. 247 al. ceterum quamquam saepissime enuntiata primaria *δέ* copulativo coniunguntur, tamen non desunt loci, quibus enuntiationes secundariae deinceps col-

---

[1]) huc pertinent VI Ther., IIII Al. loci, quibus substantivis enuntiata relativa adnexa sunt (adhibentur particulae *τὲ καί* semel in Ther., ter in Al., *ἠδέ* quater in Ther., *τέ* semel in Ther., semel in Al.), tum IIII Ther. loci, quibus enuntiata secundaria inter se copulata inveniuntur (quorum uno *τέ*, tribus *ἠδέ* legitur), deinde tres Ther., unus Al., quibus participiis, adiectivis, adverbiis particula *καί* substantiva praepositionibus instructa adduntur. adde tres Ther., quibus adverbia inter se consociantur (bis particula *καί*, semel particulis *τὲ καί*). restant tres Al., quibus copulativum *τέ* disiunctivo *ἤ* respondet, unus Ther., quo in *καί* et copulationis et gradationis vis inest.

[2]) vocula *δέ*, quam vi copulativa instructam primo enuntiati verbo postponi constat, nonnumquam vel tertiam sedem occupat iis locis, quibus substantiva praepositionibus consociata praecedunt, quae verba in unum tamquam coeunt (cf. Al. 78 *ὑπὲρ γέννάς τε*). cuius generis locos invenimus hos: Ther. 245, 307, 394, 744, Al. 27, 572, 585. unus restat locus, qui admodum mirus videtur propter *δέ* alieno loco insertum, Al. 283 *λυσσηθεὶς γλῶσσαν δὲ καταπρίει κυνόδοντι*, quo loco I. G. Schneider aliique *λυσσηθείς* ad enuntiatum antecedens rettulerunt. neque quod ad vocabula quibus *δέ* postponitur pertinet, alienum videtur adnotare satis saepe pronomen demonstrativum *ὁ*, *ἡ*, *τό* ante *δέ* legi ita, ut vocula *δέ* et enuntiata coniungantur et pronomini quasi fulcrum addatur. simili ratione *καί* post demonstrativum usurpari supra p. 17 vidimus.

locatae vocula δέ adnectuntur: Ther. 46, 57/8, 176, 194, 205, 342, 368, 419, 476, 553, 561, 567, 569, 906, Al. 33, 219, 303, 407, 459, 503, 595.[1]) nec non enuntiata secundarii et primarii generis δέ quod appellant ἀποδοτικῷ inter se coniuncta invenimus, si O. Schneideri editionem respicimus, qui Ther. 705 vulgati τῆνδε loco — quae forma alibi quoque invenitur, cf. Ther. 714, 745, 795, Al. 365 — e libro Π τὴν δέ restituit itemque Ther. 754 traditum ἐνθάδε in ἔνθα δέ mutavit. ego vero et hoc et illo loco, quo τῆνδε aliis Ther. locis confirmari vidimus, scripturam vulgatam δέ apodotico reiecto praetulerim.

Iam ad eos nos vertamus locos, quibus δέ vi vere adversativa instructo, etiamsi μέν non praecedat, res contrariae inter se opponuntur. qui numero perpauci sunt: Ther. 151, 402 (negatione praemissa), 481, 741, Al. 3 et 443 (his duobus locis negatio antecedit). multo pluribus autem id genus locis observari potest δέ particulae μέν, quae praecedit, respondere. sequitur ut locos particula δέ instructos, quibus praepositio vel adverbium verbi finiti, quod abest, loco positum extat, enumeremus (XVI sunt Ther., IIII Al.).[2]) quae praepositiones atque adverbia haec sunt: ἄμμιγα (δέ) Ther. 857, 941, 943, Al. 564; αὔτως (δέ) Ther. 84 et 681; ἐν (δέ) Ther. 530, 591, 710, 939, Al. 205 (ἐν δέ per anaphoram iteratur); ἐν (δέ τε) Ther. 84, Al. 430 (ἐν δέ τε per anaphoram iteratur); ἐν (δὲ καί) Ther. 592; μίξ (δέ) Ther. 615; σὺν (δέ) Ther. 491 et 897; σὺν (δέ τε) Ther. 940; σὺν (δὲ καί) Ther. 650 et Al. 491. semper fere eiusmodi locis de remediis comparandis sermo fit. restat ut adnotemus locis Ther. 72, 531, 841, 843, Al. 46, quibus addendus est Ther. 600, ubi προταμών quod praecedit iterandum videtur, participia liberiore illo[3]) modo adhibita, non verba finita enuntiatis, quae antecedunt, adiungi.

Priusquam ad eos locos accedam, quibus μέν et δέ inter se respondent, ei adferendi sunt, quibus μέν solum extat ita, ut δέ omnino non sequatur aut etsi sequatur tamen copulationis causa additum magis ad sequentia pertinere quam ad μέν referri videatur. μέν autem nonnumquam idem atque μήν valere inter omnes constat. qua de causa ea vocula per se posita verbis quibus adiungitur vim addi videmus, quod in primis iis locis intellegi potest, quibus μέν demonstrativi, quod praecedit, pronominis fulciendi causa collocatum est. cuius usus apud Nicandrum haec observavi exempla: Ther. 57, 214, 397, 484, 493, 497, 562, 637,[4]) 643, 652, 668, 716,

---

[1]) Ther. 176, Al. 33 et 219 comparatio quaedam continuatur; contra Ther. 553, 567, Al. 303 (nisi forte hoc loco ἤ τε legendum est), 407 oratio ab relativa constructione ad demonstrativam transit.

[2]) cf. quae O. Schneider prolegg. p. 104 exposuit.

[3]) cf. append. III.

[4]) hoc loco μέν modo liberiore collocatum est; expectes enim id post τῆς positum esse ita, ut τῆς μέν verbis ἡ δ' ἑτέρη opponatur. adde quod versus qui sequitur: παῦρον ἐπεὶ

Al. 159, 162, 195, 298, 319, 483, 498, 505.[1]) qui loci ita comparati sunt omnes, ut δέ omnino non sequatur. simili modo post negationes non raro μέν ponitur; cf. Ther. 407 οὐδὲ μέν, quo loco iam negationes praecedunt ita, ut extremum membrum negativum vocula μέν magis efferatur, 444 οὐ μέν initio orationis, Al. 115 μὴ μέν,[2]) 521 et 611 μὴ μὲν δή[3]) (his locis tribus item initio partium maioris ambitus), 384 οὐ μέν in parte ultima, 599[4]) initio. restant loci Ther. 157, 500, Al. 12, quibus μέν post adiectiva, Al. 174, quo post substantivum, Ther. 332, quo post verbum collocatum est.[5]) quibus locis addam eos, quibus vocula μέν praemissa δέ magis enuntiata adiungit quam vim adversativam habet (quamquam de nonnullis sane dubitare licet, num recte huc referantur). his saepissime descriptionem vel ferae vel plantae vel veneni cuiusdam effectus contineri videmus. cuius generis ex Ther. haec congessi exempla: 202, 271, 291, 306, 377, 448, 503, 572, 714, 756, 797, 833, 951, quibus locis μέν demonstrativis adponitur, veluti 503 τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα[6]) χυτὴ περιδέδρομε χαίτη, | ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται, ἡ δ' ὑπὲρ αἴης | ῥίζα καὶ οὐ βυθόωσα Πελεθρόνιον νάπος ἴσχει, praeterea locos 161, 165, 219, 298, 330, 441, 529 et, quem totum adscribam, vv. 542 sqq.: τῆς καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ περιτέτροφε[7]) χαίτη, | λείρια δ' ὡς ἴα τοῖα

τυτθόν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει non minimas parat legentibus difficultates. I. G. Schneider priorum interpretum, qui his verbis unum enuntiatum effici statuerunt, sententia reiecta post τυτθόν τε semicolo distinguendum esse censuit; nam παῦρον ἐπεὶ τυτθόν τε ad folium referri neque ullo modo cum eis quae sequuntur coniungi posse. contra O. Schneider libri *Π* scriptura τυτθὸν δέ recepta artificiosiorem sane horum verborum construendorum rationem excogitavit. mihi aptissimum esse videtur post παῦρον interpungere ita, ut παῦρον non tam ad folium quam ad herbam totam referatur (cf. v. 641 ὑψηλή), enuntiato causali autem ἐπεὶ τυτθόν τε . . . τείνει illud παῦρον explicetur (cf. v. 386).

[1]) versibus inde ab Al. 159, 162, 195, 298, 483 morborum notae vel remedia enarrantur.

[2]) simili sensu Aratus 1049 μὴ μέν usurpavit; contra Homerus μὴ μέν adfirmativa notione adhibet, cf. *K* 330 μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος | Τρώων, *T* 261; vide similem particularum μὴ μάν usum *Θ* 512, *O* 476, *X* 304.

[3]) quae iunctura apud Homerum non plus uno loco *χ* 462 legitur.

[4]) ubi libri quidam deteriores οὐ μήν tradunt.

[5]) nisi praestat μέν cum τέ quod sequitur coniungere; cf. *Α* 459, *I* 54, *ι* 49 (μὲν ... καί), *μ* 380 (μὲν ... ἠδέ), *χ* 475 τοῦ δ' ἀπὸ μὲν ῥῖνας ... τάμνον, μήδεά τ' ἐξέρυσαν; cf. ea quae O. Schneider ad hunc locum adnotavit.

[6]) expectes τῆς ἀμαρακόεσσα μέν; cf. Kuehner II 810, 2.

[7]) περιτέτροφε hoc loco paene in notionem copulae abiisse videtur, cum aliis aliorum scriptorum locis (cf. § 477) cum dativo coniungatur. adde locum Ther. 503 τῆς περιδέδρομε χαίτη (quod verbum cum accusativo poni solet, veluti Apoll. Rhod. III 676 περιδέδρομεν ἄψεα νοῦσος). sed etiam alia verba a poeta copulae loco usurpata videmus. e quibus adnotavi πέλειν Ther. 152, 865, 896, Al. 45, 82, 467; πέλεσθαι Ther. 326, 432, 880; τελέθειν Ther. 213 (quibus iam Homerus ita usus est); μίμνειν Ther. 720; ἵστασθαι Ther. 469; φαείνεσθαι Ther. 163, 504, φαίνεσθαι Ther. 324; περιφαίνεσθαι Al. 343; μείρεσθαι Al. 213; φορέεσθαι Ther. 123, 402, 492; ἐμφέρεσθαι Ther. 279. neque multum a copula distant

περιτρέφει, ἡ δὲ βαθεῖα | καὶ ῥαδινὴ ὑπένερθεν ἀέξεται οὔδεϊ ῥίζα versibus 503 sqq. simillimum. Al. autem eiusmodi locos praebent hos: 78, 224, 244, 281, quibus *μέν* demonstrativis postpositum est, veluti 281 *τοῦ μὲν ὑπὸ γλώσσης νέατος τρηχύνεται ὁλκὸς | νέρθεν ἐπιφλεγέθων, τὸ δέ οἱ ἀμπάζεται ἦτορ, | λυσσηθεὶς γλῶσσαν δὲ καταπρίει κυνόδοντι*; adde 337, 378, 399, 470, 474, in quibus omnibus eadem fere formula conspicitur ita conformata, ut demonstrativo cum particula *ἤτοι* coniuncto, quod versum incohat, substantivum vel adiectivum adiungatur vocula *μέν* accedente [1]) — qua re singula hemistichia (usque ad caesuram trochaicam) effecta sunt —, veluti 474 *τῶν ἤτοι ζοφόεις μὲν ἐπὶ χλόος ἔδραμε γυίοις | ἰκτερόεις, σάρκες δὲ περὶ σταλάδην μινύθουσι | τηκόμεναι, ὁ δὲ δόρπα κατέστυγεν.*

Nunc ad eos nos convertamus locos, quibus *μέν* et *δέ* ita inter se respondent, ut res contrariae aut membra bis vel pluries partita [2]) inter se opponantur.[3]) atque illius generis sunt loci Ther. 212, 231,[4]) 355, 386, 514, 674, Al. 175,[5]) 335, 467, 540 (*αἶψα μὲν . . . ἄψ δέ*); huic autem adnumerandi sunt Ther. 78 *τὰ μὲν . . . ἄλλα δέ*; 150 *τῶν οἱ μὲν . . . ἄλλος δ' αὖ . . . ἄλλῳ δ' . . . πολέες δ'*; 242 *αἱ μὲν . . . αἱ δέ*; 260 *ὁ μὲν . . . ὁ δ' αὖ*; 548 *ῥίζαν ἐρυσσάμενος τὸ μὲν ἕρκεϊ θρύψεν ὀδόντων | θηλάζων, τὸ δὲ πέσκος ἑῷ περὶ κάββαλεν ἕλκει*;[6]) 657 *ὁ μὲν . . . τὸν δ' ἕτερον*;[7]) 664 *τῶν δὴ κυανέην μὲν . . . τῆς δ' ἀπό*; 771 *τῶν ἤτοι λευκὸς μὲν . . . πυρσὸς δ' . . . αὐτὰρ ὅ γε ζοφόεις . . . ἄλλος δὲ . . . ἄλλος δ' . . . τὸν δ' ἕτερον* [8]) . . . *ἄλλοι δ' αὖ . . . τὸν δὲ μελίχλωρον . . . ἔχθιστος δ'*; 949 *ὁ μὲν . . . ὁ δέ*; Al. 25 *τὰ μὲν* (*πνεύματα*) . . . *πολλὰ δέ*; 111 *τὰ μέν τ' . . . τὰ δέ*; 366 *τρισσὰς . . . μέσσα μὲν . . . δοιὰς δέ*; 392 *ὧν τὰ μὲν . . . τὰ δὲ . . .*

ἀίσσειν Ther. 729, *διασεύεσθαι* Ther. 300, *τετανύσθαι* Ther. 290, *ὑπερτείνειν* Ther. 781, *ἐνδύεσθαι* Ther. 662, *ἐσκληκέναι* Ther. 785 et 789, *πεφρικέναι* Ther. 293.

[1]) quam rem iam Homerus in usu habet; cf. *M* 141, *Σ* 378, *μ* 86 (*τῆς ἤτοι φωνὴ μέν*) al.

[2]) de locis, quibus *ἄλλοτε, πολλάκι* aliaque id genus adverbia *μὲν . . . δέ* additis leguntur, mox agetur.

[3]) ut vel oppositio clare significetur vel partitio binorum pluriumve membrorum exprimatur.

[4]) quo loco aliam particularum *μὲν . . . δέ* collocationem expectamus (cf. Kuehner II 810, 2), quod etiam valet de locis Ther. 355, 674, Al. 335, 467.

[5]) *ἡ μὲν . . . ὕλη δέ*; cf. Kuehner II 807 adn. 3. simile quid valet de locis Ther. 386 et 664.

[6]) hoc loco *πέσκος* adpositive ad *τὸ δέ* accedit; cf. *δ* 508 *καὶ τὸ μὲν . . . μεῖνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ.*

[7]) cf. X 149/51, *μ* 73/101. apud Homerum nisi in versus initio *ὁ δ' ἕτερος* non extat, quod item de Nicandro valet; de articulo vide Kuehner II 548, 10. adde quod vv. Ther. 661 et 786 priorem partem *τὸν δ' ἕτερον δῆεις* communem habent.

[8]) hoc demum loco *τὸν δ' ἕτερον*, quod Ther. 640 et 661 solito more usurpatum videmus, extare mirum sane est; nam si in pluribus membris enumerandis *ὁ δ' ἕτερος* adhibetur, nisi in secundo membro non legitur, cf. *M* 93, *Π* 179, *η* 124. quae cum ita sint, suspicio oritur versus Ther. 786 sq. e sede sua remotos esse.

πολλὰ δέ.[1]) adde locos Ther. 92 ἐν μέν τε ... ἐν δέ, 101 ἐν μὲν ... ἐν δέ, 226 ἴσως μὲν ... ἴσως δέ, 937 ἐν μὲν ... ἐν δέ τε ... ἐν δέ, quibus adverbia ita voculis μὲν ... δέ inter se opponuntur, ut anaphora existat.[2])

Locis aliquot particulae μέν non δέ, sed aliae particulae adversativae respondent: αὐτάρ Ther. 264, 286, 545, Al. 6/9, 570/8 (cf. Ther. 264); ἀτάρ Ther. 168, 320, 396 (qui loci ita comparati sunt, ut ἀτάρ post caesuram trochaicam legatur); γὲ μέν Ther. 420, 523, 748 (qui versus omnes eiusdem fere structurae sunt); ἀλλά Ther. 366.

Reliquum est ut eos locos adponam, quibus μέν vel δέ particulis τέ additur. qui omnes ita comparati sunt, ut μέν τε vel δέ τε demonstrativis aut adverbiis adiciantur. pronominibus igitur adnexum habes μέν τε Ther. 448, 484, 714, Al. 111, 159, 162, 195, 298, 319, 498; δέ τε Ther. 280, 432. praeterea extat μέν τε post ἐν Ther. 92, δέ τε post ἐκ Al. 439, ἐν Ther. 84, 531, 590, 722, 937, Al. 430 (bis),[3]) σύν Ther. 834, 907, 940, Al. 154, 259. uno loco Al. 36/8 τὴν μέν τε κλείουσι μυοκτόνον ... | οἱ δέ τε πορδαλιαγχές in utroque membro τέ adiectum est;[4]) contra ceteri, quos modo adtulimus, loci ita sunt comparati, ut quod raro fit μέν τε et δέ[5]) (Ther. 92, 448, 714, Al. 111) vel μέν et δέ τε[6]) (Ther. 937) inter se excipiant, saepius autem μέν τε[7]) δέ non sequente (Ther. 484, Al. 159, 162, 195, 298, 319, 498) vel δέ τε[8]) μέν non antecedente (Ther. 84, 280, 432, 531, 590, 722, 834, 907, 940, Al. 154, 259, 430, 439) inveniatur. has iuncturas (μέν τε et δέ τε) poeta ita variavit, ut in locum particulae τέ substitueret καί, quod

---

[1]) perpaucis locis, quibus bipartita vel plurium membrorum distributio extat, (Ther. 242, 260, 949, Al. 111) easdem formas voculis μὲν ... δέ coniungi videmus, contra longe plurimis locis membra variantur; de qua re cf. Kuehner II 807 adn. 2. neque alienum a re videtur eos locos adferre, quibus quamquam bina voculis μὲν ... δέ instructa membra expectamus, tamen alterum tantum invenitur (cf. Kuehner II 808 adn. 4): Ther. 522, 580, Al. 21, 36/8 (in altero membro οἱ δέ vel ἄλλοι δέ legitur). idem valet de adverbiis Al. 460. adde locos Ther. 554 sq., Al. 256 (πρῶτον ... μετέπειτα δέ; cf. κ 519 πρῶτα ... μετέπειτα δέ), quibus in membro priore μέν non additur.

[2]) cf. Kuehner II 809 f et locos Homericos Λ 258, Ξ 216 ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς | πάρφασις.

[3]) cf. duplex δέ τε P 392, Θ 559.

[4]) cf. locos Homericos a Christio p. 35 congestos: B 90, E 139, Z 147, N 706, Φ 260, Ψ 519, η 123, χ 304; adde Hes. Opp. 281.

[5]) cf. locos Homericos a Christio pp. 35 sq. prolatos; praeterea vide Arati vv. 742, 750, 761, 978.

[6]) cf. I 593 al. et Christ p. 41; praeterea cf. Arati vv. 898 et 1055.

[7]) qui usus apud Nicandrum nisi post demonstrativa non invenitur; cf. Δ 341, N 47, O 203, ε 447, μ 62 (τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται), τ 333 (τοῦ μέν τε), χ 300, Arat. 892. ceterum cf. Christ p. 37, qui hunc particularum μέν τε usum apte cum usu vocularum μέν τοι (μέντοι) comparat: δ 157 κείνου μέν τοι ὅδ' υἱὸς ἐτήτυμον.

[8]) de quo usu, qui apud Nicandrum saepissime post adverbia conspicitur, cf. Christ pp. 41/2; neque raro talia apud Aratum inveniuntur.

non raro post adverbia demonstrativaque μέν vel δέ instructa extare vidimus (cf. locos pp. 16 et 17 adlatos). quid quod nonnumquam binas constructiones confudit, veluti Ther. 907 et Al. 259 (σὺν δέ τε καί), rationibus metricis ut videtur coactus; cf. ea quae O. Schneider in prolegg. p. 86 disputavit.

Iam de ceteris particulis adversativis agendum est. ἀλλά[1]) vi vere adversativa,[2]) ut nostro 'aber, sondern' respondeat, positum est his locis: Ther. 152, 164, 200, 367, 393, 949,[3]) Al. 436 (Ther. 152, 393, Al. 436 negatio praemissa est). praeterea invenitur eiusmodi locis, quibus oratio ad rem novam convertitur.[4]) cuius generis sunt loci Ther. 8,[5]) 21, 620,[6]) 695,[7]) Al. 12. denique proferam locos, quibus cum vocula ἀλλά imperativi vel aliae verbi formae imperativi vice fungentes coniunguntur,[8]) qui usus in primis in Al.[9]) conspicitur. sic post ἀλλὰ σύ ponitur optativus πόροις Al. 260, 527, 573, imperativus ὀπάζεο Al. 402, post ἀλλ' ἄγε δή[10]) optativus φράζοιο Al. 376, post ἀλλ' ἤτοι infinitivus ἐξαλέασθαι Ther. 121. neque illud praetermittendum videtur poetam in Ther. ἀλλά saepius ante enuntiatum temporale adhibuisse: 164, 200, 367, 695, cuius usus in Al. ne vestigium quidem est. pluribus vero Ther. et Al. locis Nicander particulis αὐτάρ[11]) et ἀτάρ[12]) usus est. sed quoniam locos, quibus hae particulae voculae μέν, quae praecedit, respondent, p. 27 adtulimus, eos locos congeramus, quibus μέν ad quod referantur non antecedit, Ther. 227 (αὐτάρ legitur), 385 (ἀτάρ post primum trochaeum positum), Al. 600[13]) (αὐτάρ που). multo pluribus autem locis αὐτάρ cum pronomine demonstrativo coniungitur ita, ut semper nominativus ὁ (nonnumquam addito γέ) inveniatur: Ther. 17, 249, 266, 340, 353, 453, 547, 766, 775, Al. 82, 214, 263, 482,[14]) 578. atque

---

[1]) locus, quo ἀλλά legitur, primus vel quintus hexametri pes est.

[2]) cf. Kuehner II 822 sq.

[3]) hoc loco ἀλλά idem fere atque nostrum 'und zwar' valere videtur; namque mente supplendum est: non cuius libet generis coagulum aut cancer sumendus est, sed certus quidam.

[4]) cf. Kuehner II 826, 8, a.

[5]) ubi ἀλλ' ἤτοι legitur, quam iuncturam Nicander adamasse videtur; cf. Ther. 121, 620, Al. 12. praeterea vide quae Kuehner II 697, 4 et 698, 5 exposuit et Α 140, Δ 13 al.

[6]) quo loco ἀλλ' ἤτοι eodem sensu atque ναὶ μὴν καί vel tale quid usurpatur.

[7]) ubi poeta ab adparatu ad usum remedii transit.

[8]) cf. Kuehner II 826, 8, b.

[9]) Al. loci (excepto 376, quo veneni descriptio inducitur) huc pertinentes ita comparati sunt, ut ab ἀλλὰ σύ remediorum enumeratio incipiat.

[10]) cf. Α 62, Γ 441, Λ 348, quibus locis ἀλλ' ἄγε δή cum coniunctivo primae personae pluralis coniunctum est.

[11]) haec particula locis Ther. 353 et Al. 600 exceptis, quibus alterum versus pedem occupat, in primo vel quinto hexametri pede positum est.

[12]) ἀτάρ in Al. non legitur; contra in Ther. Nicander utraque particula pro necessitate metrica usus est.

[13]) ubi non multum a δέ copulativo differt.

[14]) quo loco αὐτάρ eodem modo atque δέ idem fere quod γάρ valere videtur.

his omnibus oratio ad aliud subiectum transit excepto Ther. 453 (quo tamen loco praecedens enuntiatum, quod idem habet subiectum, interpositum est). is usus autem in primis iis locis conspicitur, quibus poeta a morbi notis in singulis corporis partibus adparentibus ad ea transit, quae aeger ipse facit et patitur, Ther. 249, 340, Al. 82, 214, 482. praeterea paucis locis *αὖ* (Ther. 153, 260, 515, 788, Al. 442, 455) et *αὖτε* (Ther. 540, Al. 120, 289) extant ita, ut particulae *δέ* adversativam eius voculae vim augentes adiungantur.[1])

C. De particula disiunctiva ἤ.

Nunc veniamus ad particulam disiunctivam ἤ (locos, quibus metro postulante ἠέ extat, numeris crassioribus indicavimus) eiusque sive per se positae sive aliis particulis adiunctae usum, quem in tali poeta, qualis fuit Nicander, quam frequentissimum esse patet. nonnumquam ei particulae copulativae[2]) vel adverbia, veluti *ἄλλοτε* vel *πολλάκις* aut antecedunt aut succedunt, quod ex ipso carminum argumento, quippe quorum tot locis longa remediorum series enumeretur, colligi potest. hos locos ita distinxi, ut eos, quibus particulae copulativae ante vel post ἤ inveniuntur, singulis, eos, quibus adverbia cum ἤ coniuncta extant, binis stellulis designarem. primum igitur locos adferam, quibus substantiva particula ἤ disiunguntur. cuius generis longe plurima (L in Ther., XXXIIII in Al.) exempla extant. A) bina substantiva ἤ per se posito his locis disiunguntur: Ther. 64, 67, 413, 416, 424,[3]) **459**, 513, 540, 563, 579, **583**, 623, 626*, 660, 689, 697, **806**, 848*, 852,[4]) 854, 864, **887***, 910, 914, 926, 928, 933[5]) (sunt loci XXVII), Al. 47, **51**, **57**, 122, 179, **310**, 325**, 332, **371**, 471*, 487, **532****,[6]) **535** (loci XIII). — B) ἤ aliis particulis additis bina disiungit substantiva: a) ἤ *καί* vel ἠὲ *καί* (in primo quintove versus pede posita) Ther. **73***, **80**, 82, 217*, 263, **537**, **678**, 763, **808**, 875* (loci X), Al. **54**,[7])

---

[1]) cf. *Α* 370, *Β* 407, *Γ* 76 (*δ' αὖτε*), *Γ* 200, *Δ* 417, *γ* 425, *ρ* 326 (*δ' αὖ*) et La Roche in ephem. gymn. Austr. 1868 pp. 510 sqq.

[2]) cf. p. 18 init. et p. 19 init.

[3]) hoc loco apud idem verbum constructio mutatur, quod etiam fit Ther. 401 et 459.

[4]) hoc loco *θυλακίς* et *ἐπιτηλίς* utrum substantiva an adiectiva habenda sint dubitare possis.

[5]) quo loco substantiva ἤ disiuncta versu integro distinentur, quam rationem aliis quoque locis observabimus; nam Al. 133 sqq. et 239 sqq. membra inter se respondentia singulis versibus dirimuntur, Al. 452 sqq. et 588 sqq. etiam binis versibus substantiva ἤ disiuncta distinentur.

[6]) hoc loco contra O. Schneiderum, qui e libro *Π* ἤ *λίτρον* edidit, Heep (Quaest. Callim. metr. Bonnae 1884, p. 37) lectionem vulgatam ἠὲ *λίτρον* suo iure defendisse videtur.

[7]) adiectivum *ἀργυρόεν* genetivi loco positum est. qui usus apud Nicandrum longe patet; cf. append. V.

b) ἢ ἔτι [1]) (quae voculae in primo vel quinto pede leguntur) Ther. 492* (addito πού), Al. 232** (addito καί), 393*, 568 (addito καί). — C) bina substantiva voculis ἢ ... ἤ disiunguntur Ther. **164**, **472**, 683/4,[2]) 876,[3]) Al. 67,[3]) 92,[4]) 195,[5]) 354, 518,[3]) 527.[6]) — D) bina substantiva disiunguntur particulis ἢ ... ἤ, sed ita ut ad ἤ unum alterumve accedat particula vel adverbium: a) ἢ ... ἢ καί Ther. 22*/3, Al. **239/41**,[4]) **374/5**, **452**/5**,[7]) b) ἢ καὶ ... ἤ Ther. 26*, c) ἠὲ ... ἢ ἔτι Al. 441**,[3]) d) ἠέ που ... ἤ Ther. 521. — E) plus bina substantiva ἤ saepius posito disiunguntur quinque Ther., septem Al. locis: Ther. 400 sq. ἐς νομὸν ἠὲ καὶ ὕλην | ἠὲ καὶ ἀρδηθμοῖο ... ἀΐξαντες,[8]) 564 sqq. φόβην ... κυπαρίσσου | ... ἢ πάνακες ἢ κάστορος οὐλοὸν ὄρχιν | ἢ ἵππου,[9]) 578 λαγωοῦ | ἢ προκὸς ἠὲ νεβροῖο, 644 ἢ σφέλαι ἢ ὅλμῳ ... ἢ ῥωγάδι πέτρῃ,[10]) 917 ῥίζας | ἢ ποίην ἢ σπέρμα, Al. 87 sq. πρημαδίης ἢ ὀρχάδος ... | ἢ ἔτι μυρτίνης (sc. ἐλαίης),[11]) 108* sq. ἢ καρύης ... ἢ ἀταλύμνου | ἢ πτελέης (sc. δάκρυον),[12]) 133 sqq. δήποτε δ' ἢ σιάλοιο καρήατος ἠὲ καὶ ἀμνοῦ | ... | ἠὲ νέον κορσεῖα ταμὼν κερόεντα χιμαίρης,[13]) 198 sq. πολλάκι δ' ἢ οἴνης ... πόσιν, ἢ ἀπὸ δάφνης, | Τεμπίδος ἢ δαυχνοῖο φέροις ἐκ καύλεα κόψας, 252 sq. ὀπῷ νιφόεντι κράδης ἢ τρηχέι κνίδῃ | ... ἢ καὶ σπειρώδεϊ κόρσῃ | σκίλλης,[14]) 362 sq. χειρὶ ... ἠὲ πτερῷ, ἢ ἀπὸ βύβλου | στρεβλὸν ἐπιγνάμψαιο ταμὼν ἐρυτῆρα φάρυγγος,[15]) 588 sqq.

---

[1]) hoc adverbium vi temporali instructum his invenitur locis: Ther. 497 ἔτι βλύοντι φόνῳ, Al. 85 οὐδ' ἔτι γυῖα ... δονέει; adde Ther. 957 et Al. 629, in quibus vv. καὶ εἰσέτι leguntur. contra Ther. 851, a quo loco notio temporalis abest, pro μηδ' ἔτι coniciam μηδέ τι.

[2]) δήποτε δ' ἢ ... ἤ; cf. Al. 133 et 452.

[3]) πολλάκι δ' ἢ ... ἤ.

[4]) καί τε σύ γ' ἢ ... ἤ.

[5]) τὸν μέν τ' ἢ ... ἤ.

[6]) ἀλλὰ σύ γ' ἢ ... ἤ.

[7]) cf. adn. 2; de hoc loco et de vv. Al. 239 sqq. vide p. 29 adn. 5.

[8]) quod ad casuum mutationem adtinet cf. p. 29 adn. 3.

[9]) quo loco ultimum ἤ iis quae praecedunt non adiunctum, sed subiunctum est.

[10]) hanc locutionem ῥωγάδι πέτρῃ (cf. ῥωγάδα πέτρην Ther. 389) Nicander ex Apollonio (IIII 1446) et Theocrito (XXIIII 93), quorum uterque ῥωγάδος ἐκ πέτρης dixit, sumpsisse videtur.

[11]) quo quidem loco non substantiva, sed adiectiva singula olei genera significantia usurpata videmus; cf. p. 29 adn. 4.

[12]) cf. adn. 4.

[13]) cf. adn. 2 et p. 29 adn. 5.

[14]) hoc loco ἢ καί in alia versus sede atque reliquis locis extat; cf. p. 29 extr.

[15]) hic in membro ultimo pro substantivo, quod expectes, absolutum habes enuntiatum. ea igitur structurae variandae ratione Nicander in aliis quoque particulis adverbiisque (veluti ἄλλοτε, πολλάκι, ὁτέ iteratis) usus est, neque pauca huius usus exempla congessit O. Schneider ad Ther. 321, ubi hunc quoque versum adtulit. Kuehner II 1091 simile exemplum e Platonis Apol. 28 d proposuit; praeterea idem II 657, 4 haec profert exempla Homerica: Γ 80, Ε 145, Θ 347, Λ 127, Ο 368, Χ 247, α 162, in quibus a participiis ad verbum finitum transitur.

καί τε καὶ αὐξηρῶν δονάκων ἀπὸ ῥίζεα κόψας | . . . | *ἠὲ φιλοζώοιο κυπειρίδος ἠὲ κυπείρου.*[1])

Deinde perlustremus versus, in quibus particula *ἤ* verba mediis in enuntiatis posita disiunguntur; cuius generis loci VI in Ther. extant: 126[2]) (*ἤ*), 198 (*ἢ καί*), 206 (*ἠὲ* . . . *ἠὲ καί*), 217 (*ἢ καί*), 559 (*ἤ*), 831 (*ἤ*), in Al. autem IIII inveniuntur: 305,[3]) 319,[4]) 334 (*ἠέ*), 563.[5])

Nonnumquam in principio versuum *ἤ* vel nude positum vel aliis particulis adiunctum adhibetur ita, ut maior minorve carminis pars incohetur, qua novum quoddam remedium eiusque adparatus a poeta describitur. atque in Ther. huiusmodi loci in primis sunt hi: 40, 45, 63, 557, 909, quibus omnibus *ἠὲ* (*ἢ*) *σύ* (*γε*) legitur ita, ut ter optativus, semel imperativus, semel (Ther. 40) participium libere constructum inveniatur. hanc structuram multo saepius (VIIII^ies^) in Al. adhibitam videmus: 90, 95, 142, 197, 228, 262,[6]) 427, 514, 607 (septies optativo, bis imperativo sequente). adde hos Ther. locos: 586 et 596 (*ἠὲ καί*) (sequuntur participia libere constructa), 861 et 901 (*ἢ καί*), 845 (*ἢ ἔτι καί*) (his tribus locis imperativi succedunt). Al. aliis id genus locis leguntur *ἤ* (*ἠέ*) **144**, 164, 201,[7]) 308, **327**, 516, **548**, **586**, *ἢ ἔτι* 136[8]) (addito *πού*), 349 et 368 (utroque loco *καί* additur) *ἢ καί* 153, 276

---

[1]) cf. p. 29 adn. 5.

[2]) quo loco *ἤ* in enuntiato secundario legitur; cf. praeterea Ther. 198, 217, 831.

[3]) hoc enim loco O. Schneider codicem *Π* secutus edidit *ἆσαι δ' ἢ πολίοιο μυοκτόνου . . . ἄνθην* | *ἢ ἔτι καὶ ῥυτῆς πεδανὰς ἀπαμέργεο βλάστας;* contra I. G. Schneider et Lehrs ex ceteris libris *ἆσαι δή* receperunt. sed quamquam *ἆσαι δ' ἤ* pro *ἢ ἆσαι* positum (cf. Al. 489 *βρύκοι δ' ἄλλοτε* pro solito *ἄλλοτε δὲ βρύκοι*) displicet, tamen cum O. Schneidero facere non dubito, cum *δή* apud Nicandrum non legatur nisi pronominibus demonstrativis vel relativis, particulis, adverbiis adiunctum, nisi forte praestat *ἆσαι δέ* (vocali producta) scribere, quod Ther. 676 et Al. 331 (hoc loco producta *ε*) extat; cf. *O* 478 *ὣς φάθ', ὁ δὲ τόξον,* ubi item *ε* producitur.

[4]) *τῷ μέν τ' ἤ . . . ἠὲ καί* (cf. Al. 195) duobus interpositis versibus, quibus *ἀποκραδίσειας* explicatur; cf. p. 29 adn. 5.

[5]) *καί τε σύ γ' ἤ . . . ἢ καί;* cf. Al. 92 et 239 sqq.

[6]) post v. 261 meo quidem iudicio cum I. G. Schneidero et Lehrsio puncto vel semicolo interpungatur necesse est; nam his omnibus locis, quos modo adtulimus, neque minus iis, quos modo proferemus, novum quoddam ab iis, de quibus versibus proximis actum est, prorsus alienum remedium eiusque comparatio indicatur; neque dissimile est, quod in particulis *καί τε σύ* (*γε*) adhibendis supra (p. 15) observavimus. quae cum ita sint, Nicander id egisse videtur, ut legentes particularum ipsarum ope singula inter se remedia eorumque comparandorum rationes discernere possint.

[7]) ante hunc versum et Al. 586 gravius interpungendum esse videtur, quod recte I. G. Schneider et Lehrs fecerunt, non item O. Schneider; cf. adn. 6. idem valet de v. Al. 349.

[8]) post 135 semicolo interpungendum esse puto, praesertim cum *ταμών* pro verbo finito sit (cf. append. III); contra I. G. Schneider eumque secutus Lehrs post 134 interpunxerunt, qua re fit ut vv. 133 sq. verbo finito careant neque eius loco participium vel adverbium extet; accedit quod vv. 133—135 magis quam vv. 135 sq. inter se cohaerent.

(addito *πού*), 356 (*ἤ ὅ γε καί*), quibus locis novies optativus,[1]) quater imperativus, semel infinitivus, qui imperativi vice fungitur, adiunctus est.

Quibus expositis ad eos nos vertamus locos, quibus particulis *ἤ* vel *ἢ καί* varii generis vocabula disiunguntur: Ther. 5 sq. *καθ' ὕλην | ἢ καὶ ἀροτρεύοντι*, 87 sqq. *εἰ δὲ σύ γε τρίψας ὀλίγῳ ἐν βάμματι κάμπτῃν | . . . | ἠὲ καὶ ἀγριάδος μαλάχης ἐγκύμονι κάρφει | γυῖα πέριξ λιπάσειας*, 562 *σύμμικτα . . . ἢ ἀπ' ἄνδιχα κόψας*, Al. 468 sq. *σαπρυνθέντων | ἠὲ καὶ ἀρρύπτων*. atque a locis qui ultimi positi sunt facile ad eos deflectere possumus, quibus participia particula *ἤ* inter se adnectuntur: Ther. 435, 602, Al. 573.[2]) sed multo difficilius est certi quicquam statuere de locis Ther. 921 sqq.,[3]) 930 sqq.,[4]) Al. 415/22.[5]) restat ut addamus enuntiata secundaria particula *ἤ* adiungi

---

[1]) cf. append. VI.

[2]) quo loco verbalia quae dicuntur adiectiva disiunguntur; cf. Ther. 562, Al. 468 sq.

[3]) *σικύην . . . λοιγέι τύψει | προσμάξας ἰόν τε καὶ ἀθρόον αἷμα κενώσεις, | ἠὲ κράδης γλαγόεντα χέας ὀπὸν, ἠὲ σίδηρον | καυστειρῆς θαλφθεῖσαν ὑπὸ στέρνοισι καμίνου*. ad quem locum I. G. Schneider cur. post. p. 271 haec adnotat: 'ubi, verbum *προσμάξας* nisi repetieris, sensus est imperfectus. verum id interposito membro *ἠὲ ὀπὸν κράδης χέας* quominus fieri commode possit, impediit poeta: multo enim minus licet postremum et proximum *χέας* ad *σίδηρον θαλφθεῖσαν* adiungere'; sed meo quidem iudicio *προσμάξας* et *χέας* coniungenda sunt ita, ut ad *κενώσεις* referantur, *θαλφθεῖσαν σίδηρον* autem participium est liberiore modo adhibitum, ut respondeat imperativo *θάλπε*; cf. append. III.

[4]) *δήποτε καὶ βδέλλας κορέσαις ἐπὶ τύμμασι βόσκων, | ἢ ἀπὸ κρομμυόφι στάζων ὀπὸν, ἄλλοτε δ' οἴνης | μίγδην ἐν πυράθοισι χέας τρύγα φυρήσασθαι | ἢ ὄξευς*. quo loco *στάζων* libris optimis traditum (unus liber *στάξει* praebet, quod sensu caret, alter et Aldina *στάξειν* non minus ineptum) item pro participio liberiore modo usurpato habendum esse videtur. Bentleius autem e lectione *στάξει* restituit *στάξεις*; futura enim imperativi vice posita hic illic apud Nicandrum invenias; cf. Ther. 551 *χραισμήσεις* (collato Ther. 643), 928 *ἑλίξεις* (collato Ther. 933), Ther. 56 et 922 *κεινώσεις* (collato Al. 140), Ther. 518 *ἀγρεύσεις* (collato Ther. 690), Al. 396 *δὴν ἔσεται . . . γεραιρόμενα* (de participio cum copula *εἶναι* coniuncto cf. Kuehner II 35 adn. 3). I. G. Schneider, quem secutus est Lehrs, *στάζειν* recepit his adnotatis: 'video nunc temere codicum scripturam vulgato *στάζειν* substitutam esse; laborat enim nunc verborum structura, quam expedire non licet nisi lectione antiqua restituta.' quod O. Schneider adnotavit *φυρήσασθαι* pro verbo finito esse, id ideo falsum esse putem, quod *ἀπὸ κρομμυόφι στάζων* nullo pacto cum *τρύγα φυρήσασθαι* coniungendum est, sed duo inter se diversa remedia describi videntur; cf. scholiastae verba ad v. 932, quibus de caprarum excrementis cum aceti vel vini faece adhibendis multa verba fiunt, sed ne unum quidem verbum de cepae suco una cum caprarum fimo sumendo; vide praeterea scholium apud I. G. Schneiderum p. 124 *καὶ κρομμύου ὀπὸν ἔμβαλε ἢ οἴνου καὶ ὄξους τρύγα νεαρῷ ἀποπατήματι αἰγὸς μίξας τε καὶ μεμιγμένως ταράξας ἐπίθες*, quo loco singula remedia singulis verbis finitis inducuntur.

[5]) nam in v. 421 O. Schneider traditae scripturae *οἷα νέον* loco *ἠὲ νέον* coniecit, ita ut *ἀπειπάμενοι* et *φαίνοντες* participia particulis *ἢ . . . ἢ* disiuncta inter se respondeant; sed de his versibus (415—422) fusius disputemus necesse est. versuum igitur 415/9 sententia, ni fallor, haec est: 'ne quis ventrem hyoscyamo impleat, quod faciunt vel insani vel infantes, qui incunabulis abiectis spretaque nutrice pedibus rectis incedere incipiunt.' hucusque ergo omnia plana sunt; sed nunc sequitur, in quo quam maxime offendimus,

locis Ther. 112 *καὶ εἰς ὁδὸν ἢ ἐπὶ κοῖτον* | *ἢ ὅταν* . . ., 124/6 *ἢ ὅτε* . . . *ἢ ὅτε*, 139 *ἢ ὁπότε* (praecedente *μήδ' ὅτε*), 388 *ἕλμινϑος* . . . *ἠὲ καὶ ἔντερα γῆς οἷα τρέφει ὄμβριμος αἶα*, Al. 217 *ἢ ὅτε* . . . *ἐπεμβοάᾳ*, 501 *ἢ ὅϑ'*.

D. De adverbiis *ἄλλοτε, πολλάκις, ὁτέ, τοτέ.*

Hoc capite comprehendentur voculae quaedam, quibus vis disiunctiva vel copulativa inest, dico adverbia *ἄλλοτε, πολλάκις, ὁτέ, τοτέ.* in singulis autem tractandis locos ita digeram, ut primum eos enumerem, quibus bina inter se membra respondent,[1]) deinde eos, quibus plus bina membra huiusmodi adverbiis copulantur, tum eos, quibus simplici adverbio aliquid novi adiungitur, denique eos, quibus membro cuidam compluria alia talibus adverbiis adiciuntur. initium igitur capiamus ab adverbio *ἄλλοτε.* quo aut iterato aut cum altero similis notionis adverbio consociato coniunguntur vel potius disiunguntur A) bina verba: *ἄλλοτε μὲν* . . . *ὁτέ* Ther. 210 (adi.), 261 (numer.), *ἄλλοτε μὲν* . . . *ὁτὲ δ'*[2]) *ἔμπαλιν* Ther. 288 (adi.), *ἄλλοτε* . . . *ἄλλοτε δέ*[3]) Ther. 744 sq. (subst.), *ἄλλοτε* . . . *τοτὲ δέ* Ther. 623 (subst.), *ἄλλοτε* . . . *ἄλλοτε* Ther. 223 sq. (adi.), *ἄλλοτε* . . . *τοτέ* Al. 480 (adi. et part.), *ἄλλοτε* . . . *πολλάκι* Al. 582 sq. (subst.), — B) bina enuntiata: *ἄλλοτε μὲν* . . . *πολλάκι δέ* Ther. 250 sq., *ἄλλοτε μὲν* . . . *πολλάκι* Al. 295 sq. addam locos, quibus oratio a participio incipiens absolute pergit[4]): Al. 507

---

coniunctivus *βρύκωσι*, qui unde pendeat prorsus obscurum est. quam difficultatem ita tollere studuit I. G. Schneider, ut ante v. 420 unum versum excidisse statueret his p. 213 adnotatis: 'ceterum vulgatum *βρύκωσι* nullo modo ferri potest, nisi versus aliquis excidit, unde hic dependebat. possis emendare *βρύκοντες*, sed ita participia nimis frequentabit poeta. malim igitur in versu aliquo antecedente fuisse *ὅταν*, unde pendebat *βρύκωσι*.' quocum facere non dubito.. sed restat aliquantum difficultatis reputanti, quid sibi velint versus 421 sq., quo pertineant; nam eos cum iis, quae modo de infantibus hyoscyamum decerpentibus dicta sunt, nullo pacto coniungi posse, id quod O. Schneider *ἠέ* pro *οἷα* coniecto fecit (cf. eius adn. ad v. 420), quis est quin intellegat? atque maxime contra hanc coniecturam facit, quod, si eam accepimus, desideratur symptomatum enumeratio, quae etsi paucis versibus continetur (cf. Al. 400 sq.), tamen nusquam deest, id quod O. Schneider ipse aliis locis monuit, veluti prolegg. p. 158. accedit quod cum scholia atque Eutecnius, tum Aetii codex Graecus *(καὶ δῆξις οὔλων)* dentium gingivarumque dolorem inter signa hyoscyami sumpti referunt. quae cum ita sint, I. G. Schneideri coniecturam, quam Lehrs quoque probavit, laudare non dubito de hoc loco p. 214 hisce verbis iudicantis: 'est manifestum signa veneni plurima in Nicandro nescio quo casu excidisse. ex versibus autem omissis et perditis pendere debebant verba reliqua *οἷα νέον* etc., quae nec cum antecedentibus nec cum sequentibus iungi ullo modo possunt.'

[1]) his locis adverbium aut iteratur aut cum altero eiusdem notionis adverbio coniungitur; nonnullis autem id genus locis alteri adverbio voculam quandam (*αὖ, αὖτε, ἔμπαλιν*) additam videmus.

[2]) cf. *Δ* 566 sqq.

[3]) cf. Theogn. 991, Arat. 779 sq.

[4]) cf. p. 30 adn. 15; vide praeterea locum Homericum *Υ* 49 sq.

ἄλλοτε μέν τε ἐφήμεναι, ἄλλοτε δὲ . . . ἐπενήνοθε,[1]) Al. 113 *ἄλλοτε δόρπα δεδεγμένος, ἄλλοτε δ' οἴνης . . . κορέοιτο.* nonnumquam plus bina membra distinentur ita, ut suo quodque membrum adverbio instructum sit. cuius generis loci sunt hi: Ther. 172 sqq. (*ἄλλοτε μὲν . . . ἢ περὶ*[2]) . . . *ἄλλοτε . . . πολλάκι δέ*), Ther. 534 sqq. (*ἄλλοτε . . . ἄλλοτε καὶ . . . πολλάκι δ' ἐν καί*),[3]) Ther. 653 sq. (*ἄλλοτε μέν τε . . . ἄλλοτε*[4]) . . . *τοτέ*), Al. 602 sqq. (*ἄλλοτε . . . ὀτὲ . . . πολλάκι δέ*),[5]) quorum his tribus substantiva, illo (Ther. 172 sqq.) adiectiva consociantur. restat locus Ther. 256 sq. versibus, de quibus modo egimus, Al. 113 et 507, simillimus: *χροιὴν δ' ἄλλοτε μὲν μολίβου ζοφοειδέος ἴσχει, | ἄλλοτε δ' ἠερόεσσαν, ὅτ'*[6]) *ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ.* decem locis *ἄλλοτε* per se collocato novum quoddam adiungitur membrum: Ther. 82, Al. 344, 369 (quibus substantiva inter se coniunguntur), Ther. 558, 925, Al. 141, 360, 371, 476, 486 (quibus enuntiata conectuntur); XIII autem locis *ἄλλοτε δέ* invenitur ita, ut verba addantur his locis:[7]) Ther. 37 (*καπνείων . . . ἄλλοτε δὲ . . . δαίων*), 436 (*χολοειδέα . . . ἄλλοτε δ' αἱματόεντα*), 879, Al. 427 (utroque loco subst.), 560 (adi.), enuntiata autem adiciantur his locis: Ther. 239, 872, 931, Al. 53, 309, 462, 493, 489.[8]) praeterea duobus locis (Al. 69 et 121) enuntiata particulis *ἄλλοτε καί* prioribus adiunguntur. restat ut locos, quibus membro cuidam aliquot alia adnectuntur adverbio *ἄλλοτε* aut iterato aut una cum aliis eius generis adverbiis adhibito, enumeremus: Ther. 43 sq. *ἄλλοτε . . . ἄλλοτε δέ*, 236 *ἄλλοτε δὲ . . . τοτὲ δέ,*[9]) Al. 234 *ἄλλοτε δὲ . . . τοτέ*, 457, ubi participia inter se disiunguntur, *πλήσσων, | ἄλλοτε δ' ἐμβοόων, τοτὲ δὲ κνώσσοντα σαλάσσων*, quibus locis omnibus verba, non enuntiata adiciuntur.[10])

Sequitur *πολλάκις*, quod eodem modo atque *ἄλλοτε* usurpatum videmus. primum igitur adferam locos, quibus bina membra ita inter se respondent, ut unum *πολλάκι* instruatur, alteri item *πολλάκι* vel simile

---

[1]) eandem responsionem (*ἄλλοτε μέν τε . . . ἄλλοτε δέ*) invenies Φ 464/6, Ω 530, Arat. 978 sq.; cf. praeterea Λ 64/5 (*ὀτὲ μέν τε . . . ἄλλοτε δέ*); h. Hom. Apoll. I 141 sq. (*ἄλλοτε μέν τε . . . ἄλλοτε δ' αὖ*); δ 102, ε 331 (*ἄλλοτε μέν τε . . . ἄλλοτε δ' αὖτε*).

[2]) sic Π, *ἄλλοτε* ceteri.

[3]) quo loco semper plures particulas positas videmus.

[4]) cf. Hes. Opp. 552 (*ἄλλοτε μέν τε . . . ἄλλοτε*).

[5]) ubi disiunctiva adverbia copulativum *τέ* sequitur.

[6]) nam hanc lectionem, quam codex Marcianus (V) quoque, deterioris notae liber, exhibet, ex libri Π scriptura *ἠερόεσσα ὅτ'* non minus elici posse existimo quam *ἠερόεσσα τότ'*, quam durissimam lectionem O. Schneider libro Gottingensi fretus edidit; I. G. autem Schneider et Lehrs Aldinae scripturam *ἠερόεντα τότ'* receperunt.

[7]) hi loci ita comparati sunt, ut *ἄλλοτε μέν* mente supplendum sit.

[8]) quo loco monendum videtur pro *ἄλλοτε δὲ βρύχοι*, quod expectamus, scriptum esse *βρύχοι δ' ἄλλοτε*; cf. Al. 305.

[9]) hoc loco primum membrum *λίπει εἴκελος* esse videtur.

[10]) de quibus locis cf. huius paginae adn. 7.

quid addatur.[1]) qua ratione coniunguntur A) verba: πολλάκι μὲν ... ἄλλοτε δέ Al. 402 sqq.[2]) (subst.), 522 (part.), πολλάκι μὲν ... πολλάκι καί Al. 260 sq.[2]) (subst.), πολλάκι μὲν ... ἄλλοτε Al. 385[3]) (subst.), πολλάκι ... ἄλλοτε δέ Al. 353 sq. (subst.), — B) enuntiata: πολλάκι μὲν ... ἄλλοτε δέ Al. 546 sqq.,[3]) 579 sq.,[4]) πολλάκι μὲν ... ἄλλοτε Al. 380 sq. Al. 84 sq. autem oratio a participio ad verbum finitum[5]) transit: πολλάκι δ' ἐν φαέεσσιν ἄλην ἐτερειδέα λεύσσων, | ἄλλοτε δ' ὑπναλέος ψύχει δέμας.[6]) contra Al. 128 sqq.[3]) πολλάκι μὲν γληχὼ ... πόροις ..., δήποτε[7]) δ' ἢ ... ἠὲ ... ταμών transitus fit a verbo finito ad participium liberiore modo usurpatum. praeterea bina membra disiunguntur his locis: Al. 288 (πολλάκι δὴ ... τοτὲ δ' αὖτε), 441 (πολλάκι[8]) ... ὁτὲ δ' αὖ), 529[9]) (πολλάκι καὶ ... ἄλλοτε). quibus locis omnibus substantiva disiuncta videmus.[10]) iam plus duo membra coniunguntur Ther. 237 sqq. ἡ δ' ἐπί οἱ σὰρξ | πολλάκι μὲν χλοάουσα βαρεῖ ἀναδέδρομεν οἴδει, | ἄλλοτε φοινίσσουσα, τότ' εἴδεται ἄντα πελιδνή, quo loco a participiis ad verbum finitum transitur.[11]) nunc de eiusmodi locis agetur, quibus πολλάκι semel posito novi aliquid adicitur. quos hoc ordine digestos proponamus: A) sex locis πολλάκι nude positum invenitur ita, ut quattuor (Ther. 864, 909,[12]) Al. 41, 609) substantiva, duobus (Al. 94 et 155[13])) eo enuntiata adiciantur. — B) XIIII locis πολλάκι δέ legitur ita, ut non plus uno loco (Ther. 913)[14]) substantiva, ceteris omnibus (Ther. 622, 876,[15])

---

[1]) is usus ante Nicandrum rarissimus esse videtur; cf. h. Hom. XVIIII 12 sqq. πολλάκι δ' ἀργινόεντα διέδραμεν οὔρεα μακρά, | πολλάκι δ' ἐν κνημοῖσι διήλασε θῆρας ἐναίρων, | ... τοτὲ δ' ἕσπερος ἔκλαγεν οἶος.

[2]) praecedit ἀλλὰ σύ (qua cum structura cf. ἀλλὰ σύ γ' ἢ ... ἢ Al. 527).

[3]) praecedit τῷ δὲ σύ.

[4]) hoc loco atque Al. 353, 380, 522 plurimisque aliis locis πολλάκι primam versus sedem occupat; multo rarius autem in quinto pede extat.

[5]) cf. p. 33 adn. 4.

[6]) δέ post πολλάκι positum hoc enuntiatum cum eo quod praecedit coniungit, quod etiam de eiusmodi locis, qualis Al. 441 est, valet.

[7]) quod in locum soliti ἄλλοτε successit.

[8]) hoc loco unum membrum particulis ἠὲ ... ἢ ἔτι in duas partes distribuitur; cf. Ther. 913, Al. 128 sqq., 546 sqq. al.

[9]) hoc loco Lehrs et O. Schneider falso interpunxisse videntur; rectius fecit I. G. Schneider; nam post v. 528 semicolo, post v. 529 commate distinguendum est, non contra.

[10]) praeterea adnotandum esse videtur hunc adverbii πολλάκι usum (ita usurpati ut eo aut iterato aut una cum altero id genus adverbio posito bina inter se opponantur membra), qui XIII Al. locis conspicitur, a Ther. prorsus abesse.

[11]) cf. Ther. 256 sq., Al. 84 sq., 113 sq., 507 sqq. al.

[12]) quo loco πολλάκι et ἢ inter se respondent.

[13]) de quo loco idem atque de vv. Ther. 237 sqq. valet; cf. adn. 11.

[14]) cf. p. 34 adn. 7.

[15]) locis Ther. 876, Al. 67, 518 ἢ ... ἤ, Al. 198 ἢ ... ἢ ... ἢ adverbio πολλάκι subiunguntur.

Al. 55, 67, 106, 139, 165, 198, 212, 310, 370, 410, 518) enuntiata adiunguntur. — C) *πολλάκι καί* semel (Ther. 86)[1]) enuntiatum adnectunt, — D) *πολλάκι δή* duobus locis enuntiata (Ther. 253 et Al. 236). his adde Al. 300 sq., quo loco duo substantiva adiunguntur substantivo voculis *καί ποτε* introducto: *καί ποτε ῥητίνην τερμινθίδα, πολλάκι πεύκης, | πολλάκι καὶ πίτυος γοερῆς ἀπὸ δάκρυα τμήξαις.* neque illud praetereundum est *πολλάκις* propria notione, ut Latino 'saepe' respondeat, de factis iteratis a Nicandro in carminibus, de quibus agitur, excepto loco Al. 212 adhibitum non esse.

Multo rarior est usus adverbiorum *ὁτέ* et *τοτέ.* bina substantiva inter se disiuncta habes voculis *ὁτὲ μὲν . . . ἄλλοτε δέ*[2]) Al. 601 et *ὁτὲ μὲν . . . ἄλλοτε*[3]) Al. 423.[4]) contra loci, quibus bina enuntiata his voculis inter se opponuntur, omnino desunt. tria autem substantiva Ther. 838[5]) habes particulis *ὁτὲ . . . ἄλλοτε . . . ὁτέ* distincta et singula membra adverbio *ὁτέ* adiecta hisce locis: Al. 355 et 574, quibus participia sequuntur liberius usurpata. adde quod locis Ther. 506 et Al. 400 adiectiva voculis *ὁτὲ δέ*[6])

---

[1]) ubi adiectivi enallage quam dicunt conspicitur: *βροτέην* (hoc enim in *Π* extat, in reliquis *βροτέων*) *σιάλων ὀδμήν.* locis quos Ritter in dissertatione p. 8 adn. 4 commemorata p. 18 adn. 1 ad hunc versum congessit Ther. 649, Al. 200, 348, 483, 605, 613 addas quaeso Ther. 2, 91, 890, Al. 107, 163, 206, 402, 480, 515, 523. qui loci (multo frequentiores in Al. quam in Ther.) plerumque ita comparati sunt, ut poeta rationibus metricis coactus ac saepe hiatus vitandi causa enallagen usurpasse videatur: Ther. 2 *σίνη . . . θηρῶν | ἀπροϊδῆ τύψαντα,* 91 *στέρνῳ . . . μυλόεντι θυείης,* 649 *σπέραδος Νεμεαῖον . . . σελίνου,* Al. 107 *λιβάνοιο χύσιν περιπηγέα θάμνοις,* 163 *δέπας ἔμπλεον οἴνης | Πράμνιον αὐτοκρηές,* 200 *Φοίβοιο . . . Δελφίδα χαίτην,* 206 *γάλακτος | ἀφριόεν . . . τεῦχος,* 348 *συκέης ἀνανθεῖσαν . . . πόσιν ὀμφαλόεσσαν,* 402 *εὐανθέα νάρδου | ῥιζίδα,* 523 *φωλεύοντα . . . βαθὺν ὁλκὸν ἐχίδνης,* 605 *σπέραδος σελίνου | Ἴσθμιον* (cf. Ther. 649). aliis autem locis, quibus de ratione quadam metrica cogitari non potest, Nicander fortasse eo, quod unum substantivum cum genetivo alterius in unam tamquam notionem coalescit, perductus est, ut epitheta cum substantivis non suis coniungeret (cf. O. Schneider ad Ther. v. 86): Ther. 86 *βροτέην σιάλων . . . ὀδμήν,* 890 *Ἰνδὸν χεῦμα . . . Χοάσπεω,* Al. 480 *κρίσις οὔρων | ἄλλοτε πορφυρέη, τότ' ἐπιπλέον αἱμάσσουσα,* 483 *Φωκήεσσαν . . . πόσιν ἐλλεβόροιο,* 515 *βώλακα γαίης | ναιομένην,* 613 *χαλικροτέρῃ πόσις οἴνης.* accedit locus admodum similis Al. 311 *γάλακτος | πηγνυμένου κορέοιτο νεημέλκτῃ ἐνὶ πέλλῃ.*

[2]) cf. *Σ* 599 sqq.

[3]) cf. *Υ* 49 sq.

[4]) qui versus remediorum enumerationem incohantes eandem fere prae se ferunt speciem, cum uterque a demonstrativo *τῷ δ'* incipiat; cf. praeterea Al. 128, 385, 546.

[5]) hoc loco particulae *δή γάρ* voculae *ὁτέ* praecedunt itemque Al. 284, quem locum O. Schneider librum *Π* secutus (ceteri enim omnes *ὅ γε* tradunt) sic edidit: *δὴ γὰρ ὅτ' ἔμπληκτος φρένα δάμναται* adnotans *ὁτέ,* quod Latino 'nonnumquam' respondet, rei convenientissimum esse. hac notione instructum *ὁτέ* quoque Al. 584 *ναὶ μὴν τοῖς ὁτὲ νέκταρ . . . χεύαις* legitur.

[6]) vide p. 34 adn. 7; cf. *Ρ* 177 sq. *ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ . . . , ὁτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι.*

adnectuntur. adverbio τοτέ autem bina membra inter se opposita sunt Al. 516 sq., ubi voculis τοτὲ ... τοτέ participia, Al. 264 sq., ubi voculis τοτὲ ... ἄλλοτε δή substantiva, Ther. 912, quo loco voculis τοτὲ ... τοτὲ δέ adverbia disiunguntur. plura vero quam bina membra (substantiva dico) inter se respondent duobus locis Al. 324 sqq.,[1]) 511 sqq.[2]) (τοτὲ ... ποτὲ ... πολλάκι). singula membra adiciuntur solo τοτέ Al. 56, 202, 352, quibus participia liberiore modo usurpata sequuntur[3]) (cf. Al. 355, 574), et Al. 484, 532, quibus substantiva adiuncta habes; adde locos Al. 455, ubi membris voculis ἤ ... ἤ καί disiunctis tertium idque substantivum particulis τοτὲ δ' αὖ additur,[4]) Ther. 433 (τοτὲ δ' ἔμπαλιν), Al. 445 (τοτὲ δέ),[5]) quibus enuntiata adnectuntur.[6])

E. De particulis adfirmativis, potentialibus, causalibus, conclusivis, concessivis.

Tituli quem praefiximus ordinem secuti primum ad particulas adfirmativas adgrediamur, quas litterarum serie dispositas tractare mihi in animo est. ordiamur igitur a particula γέ, quae apud Nicandrum excepto uno loco Al. 157[7]) (cf. praeterea quae infra de v. Ther. 826 adnotata sunt) non legitur nisi pronomini personae alterius vel demonstrativis postposita aut particulis μέν et μήν anteposita. ac σύ γε XVI Ther. (21, 40, 45, 63, 87, 128, 474, 513, 557, 574, 625, 645, 689, 848, 885, 909), XII Al. locis (90, 92, 108, 142, 171, 197, 239, 262, 427, 527, 563, 607) extat, σέ γε Ther. 583

---

[1]) hoc loco poeta a substantivis ad absolutam transit orationem: καί τε σὺ πνετίην ὀθόνης πολυωπέι κόλπῳ | φύρσιμον ἠθήσαιο, τοτὲ προκός, ἄλλοτε νεβροῦ, | ἢ ἐρίφου, τοτὲ δ' ἂν σὺ καὶ εὐσκάρθμοιο λαγωοῦ | αἰνύμενος μογέοντι φέροις εὐαλθέ' ἀρωγήν; cf. Al. 362 et praeterea Ther. 237, 256, Al. 84, 113, 155, 507, de quibus locis modo diximus.

[2]) praecedit τῷ σύ; cf. praeterea p. 36 adn. 4.

[3]) qui usus ab Ther. prorsus abest. aliter comparati sunt loci hi: Al. 453 ὀχλίζων κυνόδοντα τότ' ἡμύουσι χαλινοῖς, 555 sqq. ὤεα θιβρὰ χελύνης | ἀλθαίνει τότε (non τοτὲ, ut edidit O. Schneider) νέρθε πυρὸς ζαφέλοιο κεραίης | ἀμμίγδην ἀλίοιο καθεψηθέντα χελύνης | γυίοις, quibus τότε genuina notione 'tum' instructum ad participia accedit, quibus cum locis conferre licet Ther. 578 πάροιθ' ἀπὸ λύματα κόψας; v. Kuehner II 642 adn. 4 et 5.

[4]) cf. Arat. 514 φθίνοντος θέρεος, τοτὲ δ' εἴαρος ἱσταμένοιο et v. p. 34 adn. 7.

[5]) cf. Λ 62 sq. ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ ..., τοτὲ δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκιόεντα.

[6]) adverbia ὁτέ et τοτέ in Al. multo saepius quam in Ther. usurpata inveniuntur; nam illud VII Al., II Ther., hoc XIII Al., sed non plus II Ther. locis legitur.

[7]) οὐλόμενόν γε ποτὸν κορίοιο δυσαλθές, quo loco O. Schneider οὐλομένοιο legi mavult. at ceteris Al. locis, quibus adiectivum οὐλόμενος legitur, (280 et 466) id semper cum vocabulis πόσις vel πῶμα coniungitur. quae cum ita sint, οὐλόμενόν γε servare malim, ut γέ eodem sensu atque πέρ aliasque particulas ad adiectivum accedere statuam; cf. γ 256 (ζωόν γε) aliosque locos.

et Al. 397.[1]) cum pronomine ὅ, ἥ, τό[2]) coniunctum XVIII^ies γέ invenitur: Ther. 295, 348, 369, 441, 444, 451, Al. 35, 113, 456, 599 et praeterea Ther. 17, 266, 340, 775, Al. 578, quibus locis αὐτάρ, Ther. 413, Al. 356, quibus ἤ, Ther. 393,[3]) quo ἀλλά praecedit. sed non plus uno loco (Ther. 826) γέ post κεῖνος legitur: εἰ ἔτυμον κείνην γε σὺν ... ἐχίεσσι | θόρνυσθαι, nisi forte hoc loco γέ non ad κείνην, sed ad ἔτυμον referendum est collato loco Ψ 440 (cf. γ 122, ι 529, ω 259). sequitur ut locos adferam, quibus γὲ μήν[4]) et γὲ μέν[5]) extant; quas particulas fere ad notionem voculae δέ accedere constat. γὲ μέν igitur cum in initio versuum ita, ut nova carminis pars incipiat, Ther. 80, 98, 458 (quibus locis εἴ γε μέν legitur),[6]) Al. 157,[7]) 567 (ubi ἥν γε μέν habes), Ther. 734, tum ante caesuram bucolicam[8]) conspicitur, nonnumquam ita ut praecedenti μέν respondeat, Ther. 281, 375, 420, 523, 748, 829, 835, Al. 146. in Ther. igitur undecies, in Al. non plus ter adhibetur.[9]) multo autem paucioribus (quinque) Ther. locis — nam ab Al. prorsus abest — γὲ μήν idque semper in versuum principio invenitur ita, ut uno loco Ther. 488 (ἄλλα γε μήν) μήν metro requiratur, ceteris Ther. 738 (ἄλλο γε μήν), 805, 811, 817 eiusmodi res non accedat.

Iam ad particulam δή accedamus, quam nisi pronominibus, particulis, adverbiis adiunctam Nicander non adhibuit. primum igitur proferamus

---

[1]) quod ad particulas, quibus σύ γε vel σέ γε succedit, adtinet, hae inveniuntur: ἤ (Ther. 40, 45, 63, 513, 557, 848, 909, Al. 90, 142, 197, 262, 427, 607), μή (Ther. 128, 474, 574, 583, 625, Al. 397), καί τε (Ther. 645, Al. 92, 108, 171, 239, 563), εἰ δέ (Ther. 87, 689, 885), ἀλλά (Ther. 21, Al. 527).

[2]) si Heepium sequaris, post ὅδε quoque Al. 365 γέ a Nicandro positum esse statuas. nam cum hoc loco in Parisiaco τόνδε, in ceteris τόνδε τε legatur, is τόνδε γε scribendum esse coniecit collatis locis Homericis α 226 et υ 245, quibus particulam γέ pronomini ὅδε adiunctam videmus.

[3]) quod Ther. 393 post ἀλλά, 413, 513, 848 post ἤ, quamquam subiecta eadem sunt, tamen pronomen vocula γέ adiecta additur, eundem usum apud Homerum sat multis locis observari inter omnes constat; cf. Γ 409, Κ 481, β 327, quibus ἤ, Λ 320 et 496, quibus ἀλλά praecedit.

[4]) cf. Kuehner II 691 f. haec particularum iunctura ut ab Homero abest ita apud epicos posteriores nonnumquam invenitur; cf. versus Arateos 678, 740.

[5]) particulae γὲ μέν coniunctae, de quibus vide quae disputavit Ameis ad ε 88 et Β 703, leguntur Β 703, 726, Ε 516, Λ 813, δ 195, ε 88, 206, θ 134, τ 264; adde Hes. Theog. 363, Theogn. 1095.

[6]) cf. ε 206, Arat. 838, 887, 988.

[7]) quod ad γέ bis positum adtinet, cf. Ε 287, Χ 266 al.

[8]) locis Β 709, Λ 813, ε 88, θ 134, Hes. Theog. 363, Theogn. 1095 aliis γὲ μέν eandem versus sedem occupat.

[9]) in particularum γὲ μέν usu Nicander Arati exemplum secutus esse videtur, qui praeter locos modo commemoratos γὲ μέν his usurpavit locis: 17, 37, 87, 100, 314, 378, 540, 588, 716, 807, 1056, 1109 (quibus omnibus locis ante caesuram bucolicam extant), 74, 272, 399, 508.

locos, quibus δή fulciendi causa ad pronomina accedit. demonstrativis enim pronominibus primo versus loco adpositum δή quinquies in Ther. 55,[1]) 664, 709,[2]) 791, 801,[3]) sed nullo loco in Al. conspicitur. multo saepius autem (sexies in Ther., octies in Al.) δή post relativa invenitur. atque in Ther. habes: ὅς δή 740 (in prima versus sede), ὃ δή 64, 734, 747, τὸ δή 738, ὃ δή ῥα 353 (ubique post caesuram trochaicam). a quibus ita differunt Al. loci, ut excepto v. 47 δή modo (quater) ante particulam ῥά (cf. Ther. 353), modo (ter) post voculam τέ cum pronomine coniunctam extet: τὸ δή 47, ὃ δή ῥα 13 et 235, τὸ δή ῥα 525, τὰ δή ῥα 589 (quibus locis omnibus caesura trochaica antecedit), ἅτε δή 356 (post caesuram semiquinariam), οἷά τε δή 118, 126 (in prima versus sede). relativo temporis adverbio ὅτε[4]) consociatur δή Ther. 116 (post caesuram semiquinariam). deinde δή cum particulis γάρ, μή, ἄρα, ἀλλ' ἄγε conectitur. et γάρ cum δή ita consociatur, ut aut praecedat, cuius generis sunt loci Ther. 862 μούνη γὰρ δὴ σπεῖρα . . . κῆρας ἐρύκει, Al. 167, 173[5]) (quibus γὰρ δή ad pronomina accedit),[6]) Al. 6,[7]) aut succedat,[8]) quod his observatur locis: Ther. 838 (ubi imperativus sequitur), Al. 284 et 479; adde locos Ther. 783,[9]) Al. 187,[10]) quibus δὴ γάρ τε,[11]) Ther. 347, quo δὴ γάρ ῥα[12]) legitur. negationi autem

---

[1]) hoc loco et Ther. 664 δή ita adhibitum est, ut in fine enumerationis singula membra in unum comprehendantur; cf. *B* 330 et Naegelsbach ad h. l.

[2]) si ἧς, id quod editores statuerunt, re vera pronomen demonstrativum, non relativum est, quam rem in dubio relinquam.

[3]) hoc loco et Ther. 791 καί additur.

[4]) cf. *Φ* 450, *X* 208, ρ 461 al.

[5]) quo loco καὶ γάρ idem esse videtur quod Latinum 'nam etiam'; cf. *Δ* 58, *T* 52, ξ 70.

[6]) γὰρ δή omnibus locis alteram tertiamque enuntiati sedes occupat; cf. *B* 301, *E* 383, ε 23.

[7]) ubi legitur ἦ γὰρ δὴ σὺ μὲν ἄγχι . . . θαλάσσης . . . ἐνάσσαο, quibus verbis versus Al. 1—3 explicantur. iunctura ἦ γὰρ δή ab Homeri, qui ἦ δή (*A* 518, 573) et ἦ γάρ (*A* 78, 293, *B* 242) usurpavit, carminibus abest. contra is usus est similis generis particularum copulationibus ἦ ἄρα δή (*N* 446), ἦ γάρ τοι (π 199) aliis; cf. etiam iuncturas Homericas ἦ μάλα δή, ἦ μὲν δή et Baeumlein pp. 120 sqq.

[8]) δὴ γάρ a Nicandro non usurpatur nisi ita, ut enuntiatum et versum incohet. qua in iunctura apud Homerum temporalis notio inesse videtur ('denn nunmehr, denn schon'), quae a Nicandri locis abest (cf. *P* 546, α 194, κ 160, 549, π 280, ρ 190).

[9]) hoc loco γάρ non ad praecedens aliquod vocabulum, sed ad insequens γαιοφάγος pertinere videtur; cf. Ther. 508.

[10]) ubi δὴ γάρ τε post unam alteramque enuntiati voces legitur, non, ut expectes, in enuntiati initio; cf. quae O. Schneider ad h. l. adnotavit.

[11]) utroque loco ante caesuram trochaicam positum est, quod idem de particulis δὴ γάρ ῥα coniunctis valet. quam iuncturam (δὴ γάρ τε) Nicander ipse excogitavisse videtur; apud Homerum enim δὴ γάρ et γάρ τε in unum coniuncta non inveniuntur.

[12]) hac quoque iunctura Nicander primus usus esse videtur ex Homericis δὴ γάρ et γάρ ῥα composita. Homerus ἦ γάρ ῥα X 301 eodem versus loco adhibuit.

μή adiunctum δή habes Ther. 475 (in enuntiato finali),[1]) Al. 521 et 611, quibus locis μὴ μὲν δή legitur ita, ut versum et enuntiatum incohans cum optativo coniungatur.[2]) accedunt loci Ther. 399 (οὐκ ἄρα δὴ κεῖνον ... κνώδαλα ... ἰυγὴν μίμνουσιν), Al. 376 (ἀλλ' ἄγε δὴ φράζοιο δορύκνιον). denique adferam adverbia, quibus δή aut postponitur aut anteponitur; illius igitur generis sunt τῆμος (Ther. 59, cf. locos Homericos μ 441, ν 95), πολλάκι (Ther. 253, Al. 236, 288), ἄλλοτε (Al. 265), huius autem τότε[3]) (Al. 365, cf. Ther. 59), ποτέ, quod cum vocula δή in δήποτε[4]) coniunctum a Nicandro ita usurpatur, ut Al. 383 et 531 nude ponatur, Ther. 683, Al. 133, 203, 452 δέ, Ther. 866 et 930 καί addatur.

Sequitur ut locos, quibus poeta particulam ἦ usurpavit, proferamus. quam solito particulas cumulandi more non solam, sed voculis γάρ, μήν, τοί additis adhibuit. ἦ γάρ invenimus Ther. 479,[5]) Al. 36, 82;[6]) adde Al. 6 ἦ γὰρ δή. ἦ μήν[7]) autem (cuius iuncturae loco multo saepius ναὶ μὴν [καί] legitur) reperitur locis Ther. 550 (addito καί) et Al. 264 de remediis enumerandis usurpatum. particula ἤτοι, in quam voculae ἦ et τοί iuxta positae coaluerunt, longe plurimis locis tamquam fulcrum pronominibus demonstrativis[8]) adiungitur: ὅς δ' ἤτοι (Ther. 366, Al. 470), ἣ δ' ἤτοι (Al. 337), τοῦ δ' ἤτοι (Ther. 426, Al. 467), τῆς ἤτοι (Ther. 168, 182), τῆς δ' ἤτοι[9]) (Ther. 326), τῷ δ' ἤτοι (Al. 366, 378), τὴν ἤτοι (Ther. 517, 522,[10]) 554, 632, Al. 399),

---

[1]) quo cum loco conferas Ξ 44, Π 81, σ 10.

[2]) cf. Arati locos 822, 824, 1049, 1086.

[3]) cf. locos Homericos Α 476, Μ 17, κ 186, ρ 83 et quae ad h. l. ei de quo agitur similem adnotavit Ameis.

[4]) quae iunctura eodem sensu atque καί ποτε, ἄλλοτε, πολλάκι usurpata excepto loco Al. 383 in enumerandis remediis adhibetur. apud Homerum autem δήποτε nondum legitur; nam locis, quibus δή et ποτέ nulla vocula interiecta extant, utrique particulae sua vis inest et δή notionem temporalem habet (cf. Α 40, ζ 162); sed similiter atque Nicander iam Aratus (v. 963) δήποτε adhibuit.

[5]) hoc loco et Al. 36 post caesuram quam vocant bucolicam in enuntiati principio ἦ γάρ extat eadem atque δὴ γάρ notione instructum, ut suspicari liceat poetam modo δὴ γάρ modo ἦ γάρ, ut rei metricae ratio postulabat, usurpavisse. ab Homero contra ἦ γάρ in prima versus sede collocatur.

[6]) hoc loco Nicander ἦ γάρ post adiectivum ἀβλεμές posuit. de qua collocatione cf. O. Schneider ad h. l. atque ad Callimachi hymn. V 83.

[7]) cf. Β 291 (ἦ μὴν καί); Α 77 (καί μοι ὄμοσσον ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν), quo cum versu comparari potest Al. 264 (ἦ μὴν ... ἀρήξει), Ι 252, Ξ 275, κ 65, λ 447, τ 235 (ἦ μέν); Β 798, Γ 430, σ 257 (ἦ μὲν δή).

[8]) cuius generis exempla iam in Homericis carminibus inveniuntur; cf. Β 813, Δ 237, μ 86; adde locos Μ 141, Σ 378, quibus rei metricae causa inter demonstrativa et ἤτοι δέ inseritur.

[9]) quo loco δέ post τῆς positum miramur propterea, quod δέ non legitur nisi iis locis, quibus ratione metrica (hiatus vitandi causa: Ther. 426, Al. 337, 366, 378, 467 vel syllabae producendae gratia: Ther. 366, Al. 470) exposcitur.

[10]) loci Ther. 522, 554, 632 (quibus plantarum nomina adferuntur) similitudinem quandam habent cum loco Homerico Β 813.

τῶν ἤτοι (Ther. 118, 219, 264, 771, Al. 474, 570). praeterea locis Ther. 8, 121, 620, Al. 12 ἤτοι cum ἀλλά coniunctum (ἀλλ' ἤτοι) [1]) extat. loci autem, quibus ἤτοι versum incohare videmus, ita sunt comparati, ut aut ab ἤτοι enuntiatum primarium incipiat (Ther. 212,[2]) 260,[3]) 275, 441,[4]) 509 [5])), aut post ἤτοι enuntiatum temporale inveniatur (Ther. 469 et 524, quibus locis ἤτοι ὅτε, Ther. 424 et 703, quibus ἤτοι ὅταν legitur). uno tantum loco (Ther. 336) ἤτοι quintum versus pedem occupat. [6])

Uno loco μάν legitur (Ther. 630 ἄγρει μὰν ὀλίγαις μηκωνίσι ῥάμνον ἐίσην), quo Nicandrum versum Homericum *E* 765 ἄγρει μάν οἱ ἔπορσον Ἀθηναίην imitatum esse luce clarius est.[7]) μήν [8]) autem, ad quam particulam nunc transimus, locis, quibus ναὶ μὴν (καί) aut γὲ μήν extat (de illo confestim sermo erit, de hoc iam supra exposuimus), exceptis uno tantum loco adhibetur: Ther. 828 τρυγόνα μὴν ὀλοεργὸν . . . | οἶδ' ἀπαλέξασθαι.

Ναί apud Nicandrum non legitur nisi adiecto μήν vel μὴν καί [9]) in orationis progressu, ubi sermo enumerationi similis est: ναὶ μήν Ther. 66,[10]) 76, 334, 822, 863, Al. 64, 178, 554, 584, ναὶ μὴν καί, quae iunctura ab Al. abest, Ther. 51, 145, 520, 896, 921.

Particula τοί plerisque (XIIII) Ther. et Al. locis fere ad notionem pronominis σοί accedit. ac locis Ther. 1 et Al. 4 τοί prope vocativum extat, ut ad personam secundam referendum esse videatur, quod de iis quoque locis valet, quibus τοί ante verba ἐνίσπω, λέξω, ἐρέω invenitur: Ther. 282, 528, 636, simulque de iis, quibus imperativi vel formae imperativi vice fungentes aut praecedunt aut sequuntur: Ther. 57, 411, 694, 715, 929. neque minus pronominis vis huic particulae inesse videtur Ther. 305, 698, 702, 935, qui loci excepto Ther. 305 ad eandem fere rationem conformati

---

1) quam iuncturam Nicander in transitu orationis adhibere solet, si quid novi adlaturus est; contra apud Homerum saepissime locis, quibus sententiae inter se contrariae exprimuntur, invenitur; cf. *Α* 140, 211, *Δ* 13, *α* 267, *ο* 488, *π* 78, 278.

2) quo loco ἤτοι particulae γάρ loco positum esse videtur.

3) hoc loco oppositio quaedam statui potest.

4) ad ἤτοι ὅ γε cf. *Α* 68, 101 aliosque locos.

5) quo loco ναὶ μήν vel tale quid expectatur.

6) observes quaeso omnes id genus locos — eos dico, quibus ἤτοι primum vel quintum hexametri pedem obtinet — in Ther. inveniri.

7) aliis locis Nicander post ἄγρει vel καί (Ther. 685 et 879) vel δέ (Ther. 534 et 594) posuit; ἄγρει autem (forma media Ther. 666 legitur), quod ab Homero nisi interiectionis loco imperativo sequente non usurpatur, Aeschylus Agam. 126 et Archilochus fr. 5 B. aliique cum accusativo iunxerunt.

8) apud Homerum nusquam nude positum extat, sed semper particula quadam adiecta, cuius loco passim ἄγε invenitur, cf. *Α* 302.

9) de ναὶ μήν (ναὶ μὴν καί) cf. Lehrs Quaest. epp. p. 322, Bergk Eph. litt. Ienens. a. 1846, p. 627, Fritzsche ad Theocr. XXVII 26, O. Schneider prolegg. p. 101.

10) hoc loco medio in enuntiato extat, ceteris enuntiatum incohat.

sunt. tres igitur restant loci (Ther. 223, 232, 729), quibus pronominis *σοί* notio omnino non aut saltem artificiosiore interpretatione statui potest, ut his locis *τοί* re vera pro particula habendum sit. ab Al. autem praeter versum 4 ex Ther. 1 expressum et v. 192 *ἄκρα δέ τοι ψύχει*, in quo tamen collatis locis Al. 282, 341, 343 lenissima coniectura *ἄκρα δέ οἱ ψύχει* restituere possumus, *τοί*[1]) prorsus abest. cuius rei causa haec esse videtur, quod in Ther. Nicander eum, cui librum inscripsit, quasi bestiis venenatis violatum sibi finxit, longe alia autem in Al. res est.

Nunc ad particulas quas vocant potentiales, dico *ἄν* et *κέν*, nos convertamus. *ἄν* igitur in enuntiatis primariis non paucis Ther. locis adhibitum videmus ita, ut optativus sequatur potentialis.[2]) quo in usu observari potest *ἄν* nisi post adverbia *εὖ* (Ther. 209, 258, 320)[3]) et *μάλα* (Ther. 575) aut pronomen personale *σέ* (Ther. 4 et 877; adde Al. 325[4])) non extare. alteram autem particulam potentialem (*κέ, κέν*)[5]) Nicander item optativo adiunctam adverbiis postposuit, qualia sunt *ῥεῖα* (Ther. 1, 234, 768,[6]) Al. 4), *αἶψα* (Ther. 117), *μόλις* (Al. 241), ac saepissime cum particula *καί* copulavit (Ther. 957,[7]) Al. 72, 113, 207, 333, 351, 629[8])). restant loci Ther. 90, quo *κέν* in condicionalis enuntiati apodosi legitur, et Ther. 151 sq. *οὐ κεν ἐκείνων* | *ἀνδράσι δάχμα πέλοι*[9]) *μεταμώνιον.* neque illud praetereundum esse videtur longe plurimis (XV) locis *ἄν* vel *κέν* cum primae aut secundae personae optativo coniungi, duobus locis Ther. 4 et 877 personam secundam saltem enuntiati obiectum esse.

---

[1]) observes quaeso non minus VIIII locis voculas *δέ τοι* inter se excipere.

[2]) quem *ἄν* vel *κέν* non accedente perpaucis conspicimus locis, veluti Ther. 522, 702, Al. 614.

[3]) quibus locis in eundem fere modum conformatis serpentium descriptiones incohari videmus.

[4]) hoc solo Al. loco *ἄν* in primario enuntiato extat, saepius autem in enuntiatis secundariis. de *ἄν* vel *κέν* in talibus enuntiatis usurpato Ther. et Al. locis respectis mox exponam.

[5]) quae exceptis locis Ther. 90, 151, Al. 241 in primo versus pede legitur. similis fere particulae *ἄν* ratio est, quae ter (Ther. 209, 258, 320) in primo versus pede, ter (Ther. 4, 575, 877) in quarto, non plus uno loco (Al. 325) in tertio pede conspicitur.

[6]) quo loco enuntiatum primarium, quod praecedit, fere protaseos vice fungitur; cf. Ther. 90, 117, Al. 4.

[7]) ubi *κέν* cum optativo coniunctum ad imperativum proxime accedit; cf. *Δ* 94. adde locos Al. 113, 351, 629 huc pertinentes nec non Ther. 117, quo *ἐρωήσειας* 'recedas' valere videtur; cf. scholium ad h. l. atque versus Homericos *Β* 179, *Χ* 185, *Ψ* 433, *μ* 75.

[8]) Rzach (Burs. Ann. XXXVIII p. 14) Benekii observatione usus, qui (in libello: 'Beiträge zur Metrik der Alexandriner II' progr. Bochum. 1884, pp. 41 sqq.) *κέ* a Nicandro hoc loco excepto nusquam elidi animadvertit, lectionem ab O. Schneidero receptam *καί κ' ἔνθ'* impugnavit, cuius loco scripturam librorum P et R *καί κέν θ'* commendavit.

[9]) *πέλει*, quod in O. Schneideri editione legitur, typographi error esse videtur.

Iam ad particulam γάρ devenimus, qua nude posita modo causa vel explicatio praecedentis enuntiati adfertur, quod his fit locis: Ther. 111, 135, 141, 187, 233,[1]) 306, 313, 325, 330,[2]) 349, 361, 446, 451, 587,[3]) 699, 741, 809, Al. 543, 561,[4]) modo verbum quoddam (sive substantivum sive adiectivum) illustratur: Ther. 61, 348,[5]) 374, 555, Al. 117,[6]) 434, 526. restant loci Ther. 498 et Al. 397, quibus γάρ in enuntiatis interpositis[7]) usurpatum videmus, et Ther. 508 παντὶ γὰρ ἄρκιός ἐστι· τό μιν πανάκειον ἔπουσιν, quo loco γάρ non ad praecedens enuntiatum, sed ad sequens τό μιν π. ἔπουσιν pertinet.[8]) quod ad versus locum, quo γάρ positum invenitur, adtinet, hanc particulam VIIII Ther. locis, uno Al. in arsi secundi pedis, VIII Ther. in thesi primi pedis, III Ther. et III Al. ante caesuram trochaicam, uno Ther. et duobus Al. in thesi quinti pedis, duobus Ther. locis in arsi quarti pedis extare videmus. veniamus ad locos, quibus γάρ cum aliis particulis consociatum legitur. vocula τέ adiuncta[9]) apud Nicandrum his locis invenitur: Ther. 259 τῷ γάρ τε δομὴν ἰνδάλλεται ἴσην et Al. 97 καλάθοιο | κόλποις ἰκμήνειας· ὃ γάρ τ' ἀναδέξεται ἰλύν (quibus locis γάρ τε post pronomina demonstrativa collocatum est, cf. *B* 481, *α* 152 aliosque locos Homericos). de particularum iuncturis δή γάρ, δή γάρ τε, γὰρ δή, ἦ γάρ, ἦ γὰρ δή suo loco exposuimus, de loco Ther. 347 (δή γάρ ῥα) statim agetur. restat igitur ut eos locos adferamus, quibus in enuntiato, quod particula γάρ inducitur, imperativi leguntur[10]): Ther. 101 sq. ἐν μὲν γὰρ[11])

---

[1]) quo loco explicatur versus qui antecedit πλέονες δέ τοι αἰὲν ἐχίδνης, ut supplenda sit haec sententia: 'quod facile cognosci potest; nam . . .'

[2]) ubi γάρ in tertia enuntiati sede positum videmus; cf. Bekker Hom. Bl. I 286.

[3]) locis Ther. 508, 587, 699 similis sententia exprimitur.

[4]) hoc loco nunc ex Meinekii coniectura γὰρ . . . οὖν legitur.

[5]) ubi solus *Π* γάρ praebet, reliqui omnes μέν tradunt; praeter locum Callini eleg. 18 sqq., quem ut triplex γάρ tueretur O. Schneider adnotavit, vide *Δ* 78, *B* 12, *K* 57 aliosque locos ab Ebelingio s. v. γάρ commemoratos; cf. Kuehner II 856 adn. 4.

[6]) locis Ther. 740 sq. et Al. 116 sq. eodem vocabulo unum versum finiri, alterum incohari videmus.

[7]) cf. *Δ* 286, *M* 326, *Ω* 223, *α* 301, *ξ* 355 et Capelle Philol. XXXVI pp. 704 sq.

[8]) cf. *H* 328, *P* 221, *Ψ* 607, *α* 337. non inepte, quod ad formam enuntiatorum adtinet, cum loco, de quo agitur, comparari potest *P* 403 sq. πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε νεῶν μάρναντο θοάων | τείχει ὕπο Τρώων· τό μιν οὔποτε ἔλπετο θυμῷ | τεθνάμεν.

[9]) de particulis γάρ τε, quae Latino 'namque' respondent, cf. *Δ* 63, 81, *B* 481, *Γ* 25, *α* 152, Hes. Opp. 30. hanc iuncturam alii, in quorum numero Baeumlein est, ita explicant, ut copulativo τέ ad causale γάρ accedente artissimam enuntiatorum cohaerentiam effici statuant, alii ita interpretantur, ut in particula τέ vim adfirmativam inesse arbitrentur, quam sententiam Krueger Di. § 69, 71, 1, Kuehner II 700, 2, η, Christ p. 42 sq., alii sequuntur; cf. γάρ τοι a Christio cum γάρ τε comparatum: *K* 250, *P* 475, *β* 276, *μ* 189, *ρ* 572, *φ* 172.

[10]) cf. Kuehner II 726.

[11]) ubi γάρ tertio enuntiati loco positum est.

μυελοῖο νεοσφαγέος ἐλάφοιο | δραχμάων τρίφατον δεκάδος καταβάλλεο βρῖθος et 838 *δὴ γὰρ ὅτ' ἀγχούσης θριδακηίδα λάζεο χαίτην.*

Venimus ad particulas conclusivas *ἄρα*[1]) et *οὖν.* in illa locis Ther. 190, 343, 389,[2]) 399,[3]) quibus plena forma *ἄρα* legitur, vis adfirmativa inesse videtur, ut nostro 'natürlich, bekanntlich, fürwahr' respondeat, eademque in loco Ther. 579 *τὸ μὲν ἄρ καλέουσιν ἐχῖνον* conspicitur. his locis omnibus oratio ab enumeratione symptomatum vel descriptione serpentis cuiusdam ad novam quandam rem vel fabulam vel bestiarum consuetudinem explanandam transit. adde locum Ther. 843 sq. *σὺν δ' ἄρα καυκαλίδας τε καὶ ἐκ σταφυλίνου ἀμήσας | σπέρματα,* quo *ἄρα* notione continuativa instructum esse videtur (*ἄρα* est nostrum 'ferner, weiter', cf. *Α* 308, *Β* 20, 546, 615 al.). forma autem *ἄρ*[4]) excepto loco Ther. 579 semel tantum invenitur Ther. 562 *καὶ τὰ μὲν ἄρ σύμμικτα πιεῖν,* quo loco singula remedia prioribus versibus prolata comprehenduntur (*ἄρ* est nostrum 'also, nun denn', cf. *Β* 760). forma vero decurtata *ῥά,* quae ceteris saepius apud Nicandrum invenitur, cum particulis ac relativis pronominibus coniunctionibusque coniungitur. particulae igitur, quibus *ῥά* additur, sunt *καί*: Al. 175 *καί ῥ' ἣ μὲν* (scil. *θάλασσα*) *ἀκοσμήεσσα, φιλοργὴς | δεσπόζει νηῶν* (quo loco iis, quae praecedunt, poeta aquam atque ignem ventorum potentiae obnoxia esse narrat, ut *καί ῥα* idem atque Germanicum 'und doch, und andererseits' valere videatur)[5]) et *γάρ*: Ther. 347 *δὴ γάρ ῥα*[6]) *πυρὸς ληίστορ' ἔνιπτον.* relativis[7]) autem *ῥά* adiungitur locis Al. 424 (*ὅρρα*) et Ther. 685 (una cum *τέ*: *ὅρρα τε*),[8]) utroque loco post caesuram bucolicam. adde quod locis Ther. 353, Al. 13, 235, 525, 589 *δή ῥα*[9]) relativis adiectum invenitur idque post caesuram trochaicam. restat ut adnotem locis Ther. 716

---

[1]) cuius particulae formas tres Nicander adhibuit *ἄρα, ἄρ* (quae ab Al. absunt), *ῥά.*

[2]) de voculis *οὐδ' ἄρα* cf. locos Homericos *Ε* 674, *Α* 376, *Ν* 712, *Ο* 236, 708, *Υ* 398.

[3]) *οὐκ ἄρα δή*; de *ἄρα δή* cf. *Η* 360, *α* 231, *ρ* 185.

[4]) quae forma nisi in arsi non legitur.

[5]) alia notio in particulis *καί ῥα* coniunctis inest locis Homericis *Α* 360, 500, 569, *Γ* 77, 113, *Δ* 379, *β* 362; cf. A. Rhode 'Über den Gebrauch d. Partikel *ἄρα* bei Homer' Moersii 1867, p. 27, Krueger Di. § 69, 9, 4 al.

[6]) quam iuncturam Nicander ex Homericis *δὴ γάρ* et *γάρ ῥα* primus effecisse videtur; de particulis *γάρ ῥα* coniunctis cf. *Α* 113, 236, *Ν* 352, *γ* 143 et Rhode p. 19, Kuehner II 727 b al.

[7]) notandum videtur *ῥά* post relativa nisi generis neutrius non usurpari; de usu voculae *ῥά* relativis postpositae cf. Baeumlein p. 29, Schoemann 'Die Lehre von den Redetheilen' p. 193, Naegelsbach ad Il. *Β* 21, Rhode pp. 12 et 18, Kuehner II 728 g al.

[8]) cf. *Γ* 61, *Δ* 483, *δ* 361, *λ* 414 locosque a Christio p. 58 sq. collatos; contra *ὅς τέ ῥα* numquam dictum esse constat; cf. Hermann ad h. Hom. in Apoll. 390.

[9]) apud Homerum *δή ῥα* non legitur nisi post coniunctionem temporalem *ὅτε*; cf. *Α* 493, *Γ* 221 (v. Naegelsbach), 264, *Θ* 60, *Κ* 351, 357, 526, *Π* 386, *Ρ* 732, *Ω* 31, *δ* 460 et Krueger Di. § 69, 9, 5, Kuehner II 727 d, Rhode p. 25; contra post relativum *ἄρα δή* invenitur *Θ* 177 *οἳ ἄρα δὴ τάδε τείχεα μηχανόωντο.*

et 903 poetam ῥά coniunctioni causali ἐπεί[1]) (post caesuram trochaicam)[2]) adiunxisse.

Particulam οὖν, ad quam iam transimus, Al. 561 (σαρκὸς γὰρ ἀπ' οὖν[3]) νόσφισσε χέλειον) ex libris restituit A. Meineke Anal. Alex. p. 232 adn., quam scripturam Lehrs atque O. Schneider receperunt. sed mirum sane est οὖν praeter hunc locum in Nicandri carminibus non legi. certe quod Π exhibet ἀποῦν νόσφισσε ex scriptura ἀπὸ νόσφισσε vel ἄπο νόσφισσε[4]) oriri potuit, quae vocali ο ante liquidam ν producta non habet quo offendaris; eiusdem generis productionem certe in eadem versus sede invenimus *K* 572 αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ.

Una restat particula eaque enclitica, in qua vim adfirmativam et concessivam inesse constat, dico πέρ. concessiva notione instructum πέρ paucis locis invenitur, quibus participiis vel adiectivis adiunctum videmus: Ther. 395 οὐδ' ἀπὸ δίψος ἀλέξεται ἱεμένη περ,[5]) 474 μὴ σύ γε θαρσαλέος περ[6]) ἐὼν θέλε βήμεναι ἄντην, Al. 361 ἐς δ' ἔμετον βιάοιο καὶ οὐ ποθέοντά περ ἔμπης, 560ᵃ αὐδήεσσαν ἔθηκεν ἀναύδητόν περ ἐοῦσαν.[7]) sed de duobus locis Ther. 483[8]) et Al. 291[9]) dubitari potest, utra notio statuenda sit. at certe genuina vis, quam prementis adfirmantisque particulae

---

[1]) de quo usu cf. Krueger Di. § 69, 9, 5, Kuehner II 727 c, qui adferunt locos Homericos *Λ* 458, *Δ* 476, *Λ* 225, 498, 641, *N* 416, α 263, ρ 85, 178, Rhode p. 25. adde locos *Θ* 269, *Ω* 288, ρ 185 (ἐπεὶ ἄρ), *Λ* 56 (ὅτι ῥα), *H* 140, *Λ* 79 (οὕνεκ' ἄρα).

[2]) eodem loco legitur apud Homerum ἐπεί ῥα *Λ* 641, *N* 416.

[3]) de γὰρ οὖν ('denn jedenfalls, denn gewiss') cf. locos *B* 350, *Λ* 754, *O* 232, β 123, deinde Arati vv. 334, 771, quibus hae voculae statim inter se excipiunt; cf. Krueger Di. § 69, 62, 2, Kuehner II 710 b.

[4]) ἀπό aut adverbium esse potest ad νόσφισσε referendum aut praepositio ad σαρκός quod praecedit spectans, cum νόσφισσε autem coniungi nequit, quae res eo comprobatur quod Nicander Homerici ἀπονόσφι loco νόσφιν ἀπό usurpavit Ther. 375.

[5]) cf. α 6 ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ.

[6]) cf. locum simillimum *O* 164 μή μ' οὐδὲ κρατερός περ ἐὼν ἐπιόντα ταλάσσῃ | μεῖναι. vide quae Kuehner II 731, 3 disputavit: 'Oft aber folgt das Particip, besonders ἐών, nach, und πέρ lehnt sich an das hervorzuhebende Wort an: *E* 94, *Λ* 546, 587, *O* 164.' Krueger (Di. § 69, 67, 4) praeterea locos φ 103 et *T* 82 adtulit.

[7]) cf. *T* 407 αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

[8]) ἔνθα καὶ οὐτιδανοῦ περ ἀπεχθέα βρύγματ' ἔασιν | ἀσκαλάβου; nam si οὐτιδανός idem esse quod 'nequam' accipimus, πέρ adfirmativum est, ut καί non cum πέρ (sicuti loco Al. 361) iungendum, sed ad ἔνθα referendum sit; sin οὐτιδανός idem atque 'parvus' vel 'infirmus' valere statuimus (quod probatur loco Ther. 385 et Eutecnii interpretatione ἔστι μὲν ταπεινὸς τὴν πρόσοψιν ὁ ἀσκαλαβώτης, τὸ δὲ δῆγμα οὐκ ἔστι ταπεινός; cf. Ritter s. v. οὐτιδανός), hoc quoque loco in particula πέρ vis concessiva cernitur et καί cum πέρ iungendum est.

[9]) τῷ καὶ στρευγομένῳ περ ἀνήλυθεν ἐκ καμάτοιο | πνεῦμα μόλις, quo loco, si vi concessiva particulam instructam statuimus, necesse est στρεύγεσθαι interpretemur 'sich abmühen, sich abquälen' (ut spiritum ducere possit), sin στρεύγεσθαι passivum sumimus,

esse notum est, in πέρ cum Ther. 10 sqq. (εἰ ἐτεόν περ[1]) | . . . | Ἡσίοδος κατέλεξε) tum iis locis conspicitur, quibus relativis coniunctionibusque adiunctum est.[2]) Nicander igitur πέρ addidit relativis[3]) οἷος[4]) Ther. 323, 806,[5]) Al. 147, 597, τοῖος Al. 232 (quo loco τοῖος notione relativa instructum est; aliter res se habet Ther. 408, de quo statim verba faciemus), ὁσσάτιος[6]) Ther. 570, ᾗ[7]) (idem quod ὅθι, ἔνθα est) Ther. 889. ex coniunctionibus autem non plus unam (εἰ) Nicander vocula πέρ instruxit Al. 494 (in comparatione quae verbo finito caret) βορὴν ἐν κυρτίδι θλίψαις | ὥς εἴ περ[8]) νοτέουσαν ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην. iam unus restat locus Ther. 408, quo πέρ cum demonstrativo τοῖος coniunctum habes: τοῖόν περ ἀντμένα δεινὸν ἐφίει.[9])

II. De enuntiatis secundariis.[10])

A. De enuntiatis temporalibus, causalibus, declarativis.

Ut ab iis enuntiatis, in quibus vis temporalis inest, initium capiatur, ex coniunctionibus, quibus enuntiationes temporales incohantur, longe saepissime (L^ies^) a Nicandro adhibetur ὅτε (voculis, quae cum eo cohaerent, ὅταν, ὁπότε, ὁππότε, ὁπόταν adnumeratis). quam cum indicativo eoque aoristi narrativi[11]) coniunctam videmus locis Ther. 16, 310, 485. adde

---

quod comprobari videtur locis *O* 512, *μ* 351, Apoll. Rhod. IIII 384, 619, 1056, πέρ tantum verbi notionis confirmandae causa adiectum videtur (cf. *Ψ* 79, *ρ* 13, 47); de καί igitur idem atque Ther. 483 valet.

[1]) eadem formula Homerus *Ξ* 125 usus est, atque idem sensus est in locutione: εἰ ἔτυμόν γε (cf. Ther. 826). neque illud praetereundum est Nicandrum ἐτεόν et ἔτυμον non pro adverbiis, sed pro adiectivis (substantivorum loco positis) habuisse; cf. *B* 300, *K* 534, *O* 53, *δ* 140, *τ* 203, 567.

[2]) de hoc usu cf. Kuehner II 731, 5.

[3]) notandum est ὅσπερ, quod usitatissimum est, a Nicandri carminibus, de quibus agitur, abesse. relativa autem cum vocula πέρ coniuncta exceptis locis Ther. 570 et Al. 232, quibus post caesuram bucolicam extant, semper in primis versibus inveniuntur.

[4]) cf. *Z* 146.

[5]) hoc loco atque Al. 597 οἷά περ in adverbii ὥσπερ notionem abiit.

[6]) cf. locos Apoll. Rhod. I 372 (quo ὁσσάτιός περ eodem versus loco legitur) et 468, quos Nicander imitatus esse videtur.

[7]) de ἧπερ cf. *Z* 41, *M* 33, *Φ* 4; adde *B* 861, *K* 568, *Σ* 263, *δ* 627, *ξ* 532, *ρ* 169, quibus ὅθι περ, *Z* 379, *α* 128, *ν* 284, quibus ἔνθα περ extant.

[8]) Homerus usurpavit substantivis adiunctas particulas ὡς εἰ *Π* 59, *η* 36, *τ* 211, ὡς εἴ τε *Λ* 474, *ξ* 254; adde h. Hom. Cer. 215 ὡς εἴ πέρ τε.

[9]) ceteris locis Nicander enuntiata, quorum initio τοῖος positum est, nulla particula post τοῖος adposita cum eis quae antecedunt coniunxit; cf. Ther. 210, 429, 482, 780, 785.

[10]) nonnulla, quae huc pertinent, iam Witting pp. 50 sqq. adtulit.

[11]) qui usus ab Al. abest, quo in carmine alias temporales coniunctiones cum aoristo historico usurpatas invenimus. neque ab hoc loco alienum videtur adnotare aoristum

locum Ther. 486 *ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις* | ... *Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο*, quo plusquamperfectum sensu ab aoristo non alieno legitur.[1]) his locis de rebus semel factis sermo est. quod iis tantum locis fieri invenimus, quibus Nicander ab instituta materia et docendi et delectandi gratia ad fabulas narrandas digreditur. nunc adiungamus locos, quibus ab *ὅτε* dependens aoristus, qui dicitur gnomicus,[2]) de rebus, quae saepius fieri solent, usurpatur: Ther. 31 sq., 191 sqq., 569, Al. 185, quibus locis omnibus aoristus tempore praesenti variatur[3]) *ὅτε* vel semel posito vel iterato[4]) (Ther. 31 sqq., 191 sqq., Al. 182 sqq.). ab his locis aptissime ad eos transire licet, quibus praesens item de rebus iteratis adhibitum videmus[5]): Ther. 116 (*ὅτε δή*), 400, 469;[6]) accedit locus Ther. 379 *ὅτε πρώτιστα*[7]) *πέφανται*, ubi perfectum praesentis loco positum est (cf. Kuehner II 127, 3). quod autem ad verba adtinet,

---

narrativum in Nicandri carminibus, de quibus agitur, plerumque in enuntiatis secundariis (relativis, temporalibus, causalibus aliisque), raro in enuntiatis primariis inveniri, sive narratio quaedam enuntiato secundario incohata absolute continuatur (cf. Al. 448 sqq., 561 sqq.) sive ab initio oratione absoluta exponitur (cf. Ther. 309 sqq., 545 sqq., 668 sqq. al.).

[1]) cf. *I* 224.

[2]) aoristus ille saepissime in enuntiatis primariis legitur, quibus de bestiae herbaeve cuiusdam natura atque indole, colore, habitu, consuetudine exponitur, vel, quod saepissime fit, morbi ex veneno quodam concepti notae enumerantur. eiusmodi locis nonnumquam tempora ita variant, ut aoristus gnomicus, perfectum, quod eodem modo atque aoristus, sed rarius a poeta adhibetur, praesens vel hoc vel alio ordine inter se excipiant; cf. Al. 212 sqq. *πολλάκι δ' ἐς κραδίην πτοίην βάλε, πᾶν δὲ νόημα* | *ἔμπληκτον μεμόρηκε* ... | *αὐτὰρ ὅ μηκάζει*. adde quod nonnumquam de remediorum effectu usurpantur aoristi, veluti *ἤμυνεν* (Ther. 868, Al. 388 sq.), *ἤρκεσεν* (Al. 431, 575), *διεχεύατο* (Al. 373) al. quorum loco nonnumquam futura vides adhibita: *ἀρήξει* (Ther. 624, Al. 141, 264), *ἐρύξει* (Ther. 699, Al. 99, 179, 298), *ἐρύξεις* (Ther. 593), *ἀλύξεις* (Ther. 540); cf. praeterea Ther. 22, 35, 563, 587, 926, Al. 43, 395, 566. in bestiis plantisve describendis futura usurpata habes Ther. 334 et 513. adde primae personae futura *διείσομαι* Ther. 494 et 837, *λέξω* Ther. 528, *ἐρέω* Ther. 636 atque *δήεις*, de quo postea dicetur.

[3]) ita ut Ther. 31 sqq. aoristus praecedat, praesens sequatur, quod ceteris locis (Ther. 191 sqq., 569, Al. 182 sqq.) contra evenit.

[4]) Ther. 191 enuntiata *ὅτε* incohata inter se adiuncta, non subiuncta sunt, quod ex ipsis particulis *ἠμὲν* ... *ἠδέ* elucet; idem fortasse etiam de locis Ther. 31 sq., Al. 182 sqq. valet. aliter autem comparatus est locus Ther. 485 sq., quo unum ab *ὅτε* incipiens enuntiatum nihil aliud nisi accuratior verbi *βλάψε* explicatio esse videtur, alterum temporis definitionem continet. adde quod locis Ther. 379 et 469 alterum coniunctione *ὅτε* incohatum enuntiatum legitur, in quo coniunctivus conspicitur, sed ita ut inter utrumque enuntiatum verbum finitum (enuntiati primarii praedicatum) intercedat.

[5]) locum Al. 422, quo O. Schneider (in adnotatione ad Al. 595) *τότε* pro *ὅτε* accepit, nos ita explicandum esse putamus, ut enuntiatum primarium ab vocula *τοτέ* incipere sumamus.

[6]) quo loco solo enuntiatum ab *ὅτε* incipiens atque indicativo instructum enuntiato primario antecedit.

[7]) cf. *κ* 462 (*ὅτε πρώτιστον*), *λ* 168 (*ἐξ οὗ τὰ πρώτιστα*), h. Hom. Apoll. 407 (*ὡς τὰ πρώτιστα*).

de quibus enuntiata ab ὅτε incipientia atque indicativo instructa dependent, locis, quibus aoristus narrativus extat, aoristi praecedunt,[1]) contra loci Ther. 31 sq., 191, 400, 469, 569, quibus aut praesentia aut praesentia aoristique promiscue inveniuntur, ad indicativos temporis praesentis pertinent, locus Ther. 379 ὅτε ... πέφανται aoristum quem vocant gnomicum sequitur, loci Ther. 116 et Al. 182 sqq. a coniunctivis (aor. et praes.) dependent in enuntiatis secundariis positis; satis enim multis locis enuntiata particula ὅτε incohata enuntiatis secundariis, non primariis, subiuncta esse videmus: Ther. 16 et Al. 182 sqq. (enuntiatis temporalibus),[2]) Ther. 31 sq. et 569 (enuntiatis relativis), Ther. 116 (enuntiato condicionali), Ther. 485 sq. (enuntiato declarativo).

Sequitur ut eos adferam locos, quibus ὅτε cum coniunctivo constructum (ἄν non accedente) extat. cuius generis sunt Ther. 124, 126,[3]) 128, 137, 180, 271, 377, 381, 472, 524, Al. 44, 112, 220, 426, 501, 595.[4]) addo locos, quibus coniunctioni ὅτε ita adicitur ἄν, ut cum ea particula in unam voculam ὅταν[5]) coalescat: Ther. 113,[6]) 164, 200, 367, 389, 424, 450, 703 (contra ab Al. haec coniunctio prorsus abest). atque his ex locis decem (Ther. 164, 200, 271, 367, 377, 389, 424, 524, 703, Al. 501) ita comparati sunt, ut enuntiata temporalia primariis praecedant. quod autem ad tempus coniunctivi adtinet, praesentis temporis coniunctivi inveniuntur Ther. 113, 124, 126, 128, 200, 377, 381, 450, 472, Al. 220, 426, 501, 595,[7]) aoristi vero Ther. 137, 164, 180, 271, 367,[8]) 389, 424, 524, 703, Al. 44,[9])

---

[1]) verba Ther. 16 ab ἐπέχρα dependent, quae imperfecti forma aoristi vice fungitur; cf. Π 352, 356, β 50, ε 396, κ 64.

[2]) a quibus locis ita differt locus Ther. 310, ut ab enuntiato ὅτε incohato ἦμος dependeat.

[3]) quo loco item enuntiata temporalia cumulata vides.

[4]) hoc loco in omnibus libris τότε legitur, quod I. G. et O. Schneider receperunt (τοῖος pro οἷος adhibuit Nicander Ther. 762, Al. 232, 293), nisi forte praestat ὅτε recipere, quod coniecit Lehrs, ut verbi λήσειεν ultima syllaba εν producatur (similem productionem habes Al. 504, de qua vide Hermannum Orph. II 709 sq. et Lingenberg in quaest. Nic. p. 9; adde locum Arati 706).

[5]) voculas ὅτε et ὅταν a Nicandro sine ullo discrimine adhibitas esse luculentissime ex locis Ther. 271 et 424 collatis adparet.

[6]) quo loco coniunctivum διακρίνεαι brevi vocali instructum videmus; cf. Krueger Di. § 2, 6, 2.

[7]) ubi praesens βρομέῃ succedit aoristo πέσῃ ita, ut actio iam finita ab ea quae durat diligenter distinguatur. quod non item fit locis Ther. 377, 381, 450, Al. 501, quibus non praesens, sed aoristum adhibitum expectes; contra Ther. 137 (collato Ther. 126) et 181 aoristorum loco praesentia desideres.

[8]) in huius enuntiati altera parte ᾗ supplendum est. variant hoc loco tempora sicuti Al. 501 et 595.

[9]) quo loco ἀφύσσῃς mihi non praesens, sed aoristus esse videtur; cf. β 349, 379, ι 204.

112, 501, 595. praeterea pauca de enuntiatis primariis, a quibus enuntiationes, quas modo commemoravimus, dependent, verba faciamus necesse est. etenim non minus septem locis (Ther. 113, 124, 126, 128, 137, 703, Al. 595) generis imperativi formae (optativi, infinitivi, semel imperativus) in enuntiatis primariis leguntur, decem autem (Ther. 180, 271, 367, 381, 389, 424, 450, 472, 524, Al. 220) enuntiata temporalia id genus ad praesentia de rebus iteratis usurpata pertinent. adde quod enuntiationes ita comparatae Ther. 164, 200, 377 ad aoristos gnomicos, Al. 44 ad futurum, 501 ad perfectum, 112 ad enuntiatum finale, 426 ad ὄνειαρ referendae sunt. denique Ther. 47 [1]) et Al. 77, qui loci ab aoristis quos vocant gnomicis dependent, ὅτε cum optativo consociatum legitur. [2]) qua in re Nicander forma magis quam vi aoristi gnomici respecta eum modum adhibuit, quem post tempora praeterita Graeci ponere solebant. quod autem ad collocationem coniunctionis ὅτε (ὅταν) adtinet, longe plurimis locis [3]) (XVII Ther., uno Al.) hanc voculam in primi pedis thesi extare videmus ita, ut Ther. 113, 124, 126, Al. 501 ἤ, Ther. 137 μή, 164 et 200 ἀλλά, 424, 469, 524, 703 ἤτοι, 271 et 377 pronomen demonstrativum addito μέν, 389 οὐδ᾽ ἄρ᾽, 31 τῆμος, [4]) 191 ἠμέν, 569 substantivum χιλοί, 47 adiectivum adverbialiter adhibitum (τυτθόν) praecedat. sed paulo rarius (octies in Ther., quinquies in Al.) ὅτε (ὅταν) post caesuram trochaicam invenitur, [5]) et nonnumquam (Ther. 16, 310, Al. 44, 185, 595) post pedis alterius arsim, [6]) rarissime autem aliis versus locis: Ther. 191 et 367 [7]) post arsim pedis quinti (praecedente ἠδ᾽ vel ἀλλ᾽), 32 et 116 post caesuram semiquinariam, 128 post arsim pedis quarti.

Praeter ὅτε (ὅταν) etiam ὁπότε (ὁππότε) poeta adhibuit, sed raro. etenim cum indicativo coniunctum legitur Ther. 344 sqq. (ubi ab aoristo narrativo eiusdem generis aoristus dependet: ὁππότ᾽ οὐρανὸν ἔσχε Κρόνου πρεσβίστατον αἷμα, | ... νεότητα γέρας πόρεν ἡμερίοισι) et Al. 345 [8]) (cum

---

[1]) ubi ΠV soli ὀδμήσαιτο, reliqui ὀδμήσηται praebent; sed cf. O. Schneideri adn.

[2]) his locis aoristi praecedunt; contra locis, quibus tales aoristi sequuntur, coniunctivi extant; cf. Ther. 164, 200, 377, Al. 495, 537 et Kuehner II 137.

[3]) hi loci plerumque ita sunt comparati, ut enuntiata temporalia singulos, binos, plures versus expleant; cf. Ther. 31, 47, 113, 124, 126, 137, 164, 200, 389, 424, 469, 524, 569, 703, Al. 501. cui generi etiam ii loci adnumerandi sunt, quibus ὅτε in medio versu positum non primam enuntiati temporalis sedem obtinet, sed singulis, binis, pluribus verbis postponitur, ut versus ambitus impleatur; cf. Ther. 472, Al. 77, 220, 426, ubi ὅτε post caesuram trochaicam, Ther. 16 et Al. 185, quibus post pedis alterius arsim conspicitur.

[4]) Ther. 936 ἦμος ὅτε legitur, de qua iunctura postea disputabimus; cf. ἦμος ὅταν Ther. 75.

[5]) hi loci sunt Ther. 180, 379, 381, 400, 450, 472, 485, 486, Al. 77, 112, 182, 220, 426.

[6]) exceptis locis Ther. 16 et Al. 185, de quibus vide adn. 3, verbum quoddam enuntiati primarii, ut prematur atque urgueatur, coniunctioni ὅτε praefixum est.

[7]) hoc loco in enuntiato primario, quod sequitur, καὶ τότε legitur.

[8]) ubi cod. G (nescio an recte) coniunctivum δατέωνται exhibet.

indic. praes.). ceteris locis Ther. 139, 777, Al. 433, 520 [1]) coniunctivus legitur ἄν non accedente, Al. 433 praesentis, reliquis locis aoristi. [2]) quod autem ad enuntiata, de quibus enuntiationes ὁπότε instructae dependent, adtinet, Ther. 777, Al. 345, 520 praesens usurpatur de rebus iteratis adhibitum, Th. 139 et Al. 433 optativus. adde locos Ther. 383, 695, Al. 469, [3]) quibus ad ὁπότε cum coniunctivo eoque praesentis [4]) consociatum ἄν ita accedit, ut hae voculae in unum (ὁπόταν) coeant (Ther. 383 de praesentis indicativo, 695 de imperativo, Al. 469 de participio eiusmodi enuntiata pendere videmus). de versus loco, quo coniunctiones ὁπότε, ὁπόταν collocatae sunt, observes quaeso eas plerumque (quater) in primi pedis thesi inveniri ita, ut Ther. 139 ἤ, 344 ὡς, 383 ἠδ', 695 ἀλλ' praecedant, [5]) bis post caesuram semiquinariam: Al. 469 et 520; contra ὁππότε ubique ita usurpatur, ut singulos expleat pedes, Al. 345 alterum, Ther. 777 quartum, Al. 433 quintum.

Coniunctio ἦμος modo cum indicativo (Ther. 14, 312, Al. 314 [6])) modo cum coniunctivo ἄν non accedente (Ther. 23, 830, Al. 180) coniungitur. [7]) ac Ther. 14 et 312 aoristus narrativus extat ab aoristo historico dependens; coniunctivi vero partim temporis praesentis (Ther. 23, Al. 180) partim aoristi sunt (Ther. 830 τύψῃσιν . . . παγείῃ). in enuntiatis primariis Ther. 23 futurum, 830 praesens invenitur, contra Al. 180 et 314 enuntiata quae particula ἦμος inducuntur ad substantiva γλυκέος et καμάτοισιν explicanda pertinere videntur (cf. Al. 426 aliosque locos). neque praetermittendum est ἦμος modo in primo (Ther. 312, 830, Al. 180, 314) modo in quinto versus pede (Ther. 14 et 23) neque nisi enuntiato primario postpositum conspici. duobus locis ἦμος cum ὅτε (ὅταν) coniunctum legitur: Ther. 936 ἦμος ὅτε θρόνα πάντα . . . ταράξῃς (praecedente futuro) et 75 ἦμος ὅταν σκυρόωσι βόες (ab aoristo

[1]) hoc loco ὁπότε eodem sensu atque Ther. 485 ὅτε ponitur.

[2]) Ther. 139, Al. 520 praesens, contra Al. 433 aoristus magis aptus esse videtur.

[3]) hoc uno Al. loco ὁπόταν extat; contra ὅταν in eo carmine non legi supra adnotavimus.

[4]) Ther. 695 potius aoristum expectes.

[5]) hi loci omnes ita comparati sunt, ut enuntiatum temporale singulos binosve expleat versus, quod etiam de loco Al. 433 valet, quo ὁππότε in tertia enuntiati temporalis sede legitur. neque illud praetereundum est Ther. 344, 695, 777, Al. 433 enuntiata temporalia primariis enuntiationibus praemitti, ceteris locis iis succedere. adde quod locis Ther. 139 et 383 enuntiata temporalia cumulata inveniuntur.

[6]) δαμαζόμενος καμάτοισιν, | ἦμος πιλνάμενον στέρνοις κρυσταίνεται εἶαρ, quo loco fortasse κρυσταίνεται coniunctivus est (cf. Ther. 113), quod reliquis locis, quibus coniunctivus legitur, respectis comprobatur; apud Homerum autem loco δ 400 excepto semper indicativus cum ἦμος consociatur.

[7]) locis Ther. 14 et 312 exceptis de rebus iteratis sermo fit, quod de locis quoque valet, quibus ἦμος ὅτε (ὅταν) legitur. praeterea addam Ther. 14, 312, Al. 180, 314 enuntiata temporalia cumulata inveniri.

gnomico aptum). quae coniunctionum iunctura primum apud Aratum extare videtur v. 584 ἦμος ὅτ' ἠελίοιο κατερχομένοιο δύηται (cf. V. I. Loebe 'de elocutione Arati' Halis Sax. 1864, p. 44 et locos Apoll. Rhod. IIII 267, 452, 1308).

Uno tantum loco (Ther. 688) cum indicativo imperfecti de re semel facta adhibiti[1]) constructa est particula εὖτε in narratione quadam: θέρων Ἰφικλέος ἕλκος, | εὖτε σὺν Ἡρακλῆι κακὴν ἐπυράκτεεν ὕδρην,[2]) reliquis cum coniunctivo,[3]) modo vocula ἄν non adiecta, quae apud Homerum post εὖτε coniunctivo instructum non plus uno loco η 202 deest: Ther. 5, 791, 807, Al. 60, 168, 208,[4]) 523, modo ἄν accedente: Ther. 392[5]) et Al. 115. coniunctivi autem sunt aoristi Ther. 5, 791, 807, Al. 523, praesentis Ther. 392, Al. 60 (utroque loco aoristum expectes), 168, 208; uno loco Al. 115 perfecti coniunctivus legitur. neque praetereundum est vv. Ther. 392, 807, Al. 168 a praesentibus, Al. 60 et 115 ab optativis imperativorum vice positis, Ther. 5 et Al. 208 ab optativis particula ἄν vel κέν instructis, Ther. 791 ab aoristo gnomico, Al. 523 a participio, quod sequitur,[6]) pendere. ut de versus loco, quo εὖτε legitur, exponam, εὖτε Ther. 392, 688, Al. 168, 523 in primo versus pede,[7]) Ther. 5, 791, 807, Al. 60, 115 in quinto,[8]) uno tantum loco Al. 208 in altero invenitur.

Duae coniunctiones eaeque cum indicativo coniunctae rarissime inveniuntur apud Nicandrum: ἡνίκα[9]) Ther. 130 ἡνίκα θορνυμένου ἔχιος . . .

---

[1]) ut imperfectum poneret, Nicander fortasse loco Homerico ι 328 ἄφαρ δὲ λαβὼν ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ adductus est.

[2]) quo loco εὖτε item (cf. Al. 180, 314, 426) ad substantivum ἕλκος pertinere videtur: 'vulnus acceptum tum, cum hydram una cum Hercule domabat.'

[3]) quibus locis omnibus de rebus iteratis agitur.

[4]) hoc loco I. G. Schneider sic interpunxit: καί κεν λοιγήεντι παρασχεδὸν ἄχθος ἀμύνοις | τοξικῷ, εὖτε . . ., quod sic explicat (Animadv. p. 143): 'vulgata bene habet; ἀμύνειν τοξικῷ dicitur poetice pro τῷ πεπωκότι τὸ τοξικόν.' quod mihi sane non valde placet. O. autem Schneider nullam omnino interpunctionem admisit. fortasse scribendum est λοιγηθέντι . . . ἄχθος ἀμύνοις, ut τοξικῷ dativus instrumentalis sit ad participium referendus (cf. Α 341, 456, Ι 435, Δ 277, 588, Π 835, quibus ἀμύνειν cum dativo consociatur). quod I. G. Schneider ποτοῦ pro ποτῷ maluit, haec coniectura reicienda est, cum unus dativus ἀχέεσσι modalis, alter ποτῷ causalis sit.

[5]) ubi enuntiata temporalia copulata vides.

[6]) quo loco εὖτε fere in notionem coniunctionis causalis οὕνεκα abiisse videtur. item sequitur enuntiatum primarium, quod reliquis locis praecedit, Al. 115, qui locus praeterea ideo commemorandus est, quod εὖτε in tertia enuntiati sede collocatum est (cf. Al. 433).

[7]) ita ut locis Ther. 392, 688, Al. 523 singuli versus expleantur.

[8]) quibus locis excepto Al. 115 enuntiatum temporale a caesura bucolica usque ad versus sequentis finem pertinere videmus.

[9]) haec coniunctio non plus uno loco (χ 198) ab Homero adhibetur, contra saepissime apud Atticos cum prosae orationis scriptores tum poetas scaenicos occurrit. Nicander eam et in primo et in quinto versus pede adhibuit in indicativi usu Homeri loco, ut videtur, respecto.

κάρην ἀπέκοψεν (aor. gnom.), qui locus ad *δάχμα ἐχίδνης* referendus videtur (cf. Ther. 688, Al. 180, 314, 426), Al. 614 *ἡνίκα φωτὸς | ἴσθμια ... ἐμφράσσεται*, quem locum ab *ἐπαλθήσειε* aptum spurium iudicavit O. Schneider, et *ὅπως* [1]) Al. 163 *ὅπως ὑπετύψατο ληνοῦ* (item aor. gnom.), quo versu *αὐτοκρηές* accuratius explicatur (cf. Ther. 130).

Nunc de iis locis agendum est, quibus actio quaedam continetur, quae actioni verbo finito regentis quod dicitur enuntiati significatae succedit.[2]) quos locos coniunctionibus *εἰσόκε, ἔστε, ὄφρα* adiungi constat. atque *εἰσόκε* [3]) tribus Ther. locis invenimus — nam ab Al. abest haec particula — cum coniunctivo aoristi ita copulatum, ut res iteratae significentur: 204, 341, 929. quibus ex locis Ther. 341, quem accuratius tractemus, dignus esse videtur; eo enim loco liber *Π* praebet *δέχεται ποτόν, εἰσόκε νηδὺς | ὀμφαλὸν ἐξέρρηξε, χέῃ δ' ὑπεραχθέα φόρτον*, reliqui codices optativum [4]) *ἐκρήξειε* exhibent, quem usque ad O. Schneiderum omnes receperunt editores, modo, ut I. G. Schneider, codicum scriptura *χέῃ*, modo, ut Lehrs, Bentlei coniectura *χέοι* probata. O. Schneider autem codicis *Π* lectionem restituit his verbis adiectis: 'ego in codicis *Π* scriptura quicquam mutare nolui. nam post praesens *δέχεται* sequi aoristum *ἐξέρρηξε* non magis mirum est quam post aoristum *ἐξέμμορον* Ther. 791 sequi coniunctivum *λίπωσι* (add. Ther. 74 sq., 200 sqq., Al. 496 sqq.,[5]) *δ* 792 etc.).[6]) eadem certe ratione utrumque dicendi genus explicandum est. neque in eo offendendum, quod *χέῃ* dicens poeta ad iustam structuram redit. ceterum *εἰσόκε* cum indicativo aoristi habent etiam hymn. Hom. XXVIII 14 et Apoll. Rhod. I 820, nisi et his et Nicandro restituendum *εἰσότε* (cf. var. lect. ad Apoll. Rhod. II 857 et IIII 1212).' neque est cur non cum viro doctissimo faciamus, etiamsi modorum mutatio (*ἐξέρρηξε ... χέῃ*) satis mira [7]) esse

---

[1]) in qua coniunctione hoc loco praeterea modalis quaedam notio inesse videtur (cf. Latinum 'ut'). post caesuram autem trochaicam sicut hoc, de quo agitur, loco *ὅπως* apud Homerum quoque legitur vi temporali instructum; cf. *Λ* 459, *Μ* 208, *γ* 373.

[2]) qui loci apud Nicandrum nonnumquam plane vim finalem accepisse videntur. sed exceptis locis sub voce *ὄφρα* adlatis apud Nicandrum duo tantum observavi enuntiata finalia: Ther. 475 *μὴ θέλε βήμεναι ἄντην | ..., μή δή σε καταπλέξῃ καὶ ἀνάγχῃ | ..., ἐν δὲ καὶ αἷμα | λαιφάξῃ* et 694 *ἠελίου δίχα τέρσαι, | μή τοι ἐνισκήλῃ νεαρὸν σκίναρ ὠκὺς ἀΐξας. ἵνα, ὡς, ὅπως, ἕως* in Nicandri Theriacis Alexipharmacisque omnino non leguntur.

[3]) *εἰσόκε*, quod apud Homerum *Β* 332, *Ε* 466 al. cum coniunctivo coniungitur, Nicander bis in quinto pede (Ther. 204 et 341), semel in primo (Ther. 929) adhibuit, ubique ita, ut enuntiatum primarium praecedat.

[4]) optativum cum *εἰσόκε* consociatum habes *Ο* 70.

[5]) his locis addere potuit O. Schneider Ther. 164, 204, 377, Al. 537.

[6]) hi loci omnes ita comparati sunt, ut aoristus gnomicus, non narrativus, praecedat aut sequatur.

[7]) Witting (p. 63) modorum — indicativi et coniunctivi — mutatorum causam rem metricam fuisse suspicatur. quamquam poeta salvo metro scribere potuit: *ἐκρήξῃ, χεύῃ δ' ὑ. φ.*; cf. Al. 66.

videatur. quod ad enuntiata quae vocantur regentia adtinet, aoristus gnomicus in v. 204, praesens in v. 341, futurum imperativi vice fungens in v. 929 collocata sunt. altera coniunctio, quae eandem vim habet, ἔστε [1]) est, quam semel (Ther. 415) una cum indicativo praesentis a praesente apto videmus: *ὕδρον μιν καλέουσι . . ., | ἔστε . . . σπέρχεται*, bis particula *ἄν* addita cum coniunctivo constructam ita, ut res iterata significetur, invenimus: Ther. 107 *θάλπε . . ., ἔστ᾽ ἂν . . . σάρκες . . . θρύπτωνται*,[2]) Al. 66 *χέαις . . ., | ἔστ᾽ ἂν . . . χεύῃ . . . δόρπον.* tertia eiusdem notionis coniunctio *ὄφρα* est,[3]) quam etiam finalem vim induere posse constat. ac sex locis (Ther. 920, Al. 89, 196, 227, 458, 485) utra notio, temporalis an finalis, statuenda sit dubitari potest;[4]) tribus autem (Ther. 934, Al. 111, 278) vim finalem ei inesse certum exploratumque est. nonnumquam ad *ὄφρα* cum coniunctivo aoristi coniunctum *ἄν* (*κέν*) accedit; cuius generis loci a Ther. absunt, in Al. inveniuntur quattuor: 89, 196,[5]) 227, 278.[6]) quae enuntiata ita sunt comparata, ut modo ab optativis (Al. 89, 196, 227) modo ab imperativo (Al. 278) dependeant. quod valet quoque de enuntiatis, in quibus *ἔστ᾽ ἄν* legitur, atque de eis, quae particula *ὄφρα* (*ἄν* non accedente) inducuntur (Ther. 920, Al. 111, 458, 485). in his coniunctivos aoristi [7]) de iterata re usurpatos ter ab optativis (Ther. 920, Al. 111, 485), semel (Al. 458) ab imperativo aptos esse invenimus. restat locus Ther. 934 sq. *ὄφρα δὲ καὶ πάσῃσιν ἀλεξητήριον ἄταις | τευξόμενος πεπύθοιο, τό τοι μέγα κρήγυον ἔσται*, quo a futuro optativum cum particula *ὄφρα* constructum pendere videmus.

---

[1]) *ἔστε* ab Homeri Hesiodique carminibus alienum ex epicis posterioribus primus Apoll. Rhod. II 85 adhibuit. Nicander hanc particulam semel (Ther. 107) post caesuram semiquinariam, bis (Ther. 415 et Al. 66) in versus initio posuit enuntiato primario praecedente.

[2]) praesens h. l. sane mirum videtur; cf. Al. 61.

[3]) *ὄφρα* ubique in primo versus pede apud Nicandrum legitur ita, ut excepto Ther. 934 enuntiatum primarium praecedat.

[4]) quod de locis Ther. 204 (*εἰσόκε*) et Al. 66 (*ἔστ᾽ ἄν*) quoque valet.

[5]) loci Al. 196 et 227 inter se simillimi sunt.

[6]) hoc loco libri *ὄφρ᾽ ἂν ἐπιστύφοντι* (*Π ἐπιστύψαντι*) *ποτῷ νοῦσον δὲ κεδάσσαις* (*Π κεδάσσεις*) exhibent. cum *δέ* post *νοῦσον* positum in hoc versu aliquid turbatum esse demonstraret, Bentleius et I. G. Schneider (p. 336) ante verba *νοῦσον δὲ κεδάσσαις* duos versus dimidiatos excidisse suspicati sunt. contra Zeune in Animadvers. ad Nicandri carmen utrumque (Vitembergae 1776, p. 11) *νούσημα κεδάσσῃς* proposuit. denique O. Schneider versum sic constituit: *ὄφρ᾽ ἂν ἔπι στῦφόν τι ποτῷ*, quae verba sic interpretatur: 'usque dum magna potui insit amaritudo.' at verbum simplex *στύφειν* nusquam a Nicandro adhibetur, sed *ἐπιστύφειν* (cf. Al. 79, fr. 91 et 70, 14) et *ἐνστύφειν*, cuius participium praesentis tribus Al. locis cum substantivis *πόμα* vel *ποτόν* coniungitur: 299, 321, 375. quam ob rem ad coniecturam a Bentleio propositam redeundum esse existimo.

[7]) uno loco Al. 458 coniunctivo aoristi *ἐξερύγῃσιν* coniunctivus praesentis *κεδαίῃ* praecedit; quod verbum (*κεδαίειν*) Nicander ab Apollonio vel Arato mutuatus esse videtur; cf. Apoll. Rhod. II 628, Arat. 159, 410.

quam structuram ut adhiberet poeta locis Homericis veluti *H* 339/40 *ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας, | ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη*, *Ψ* 486 *ἴστορα θείομεν . . ., ἵνα γνοίης*, *ϱ* 250 *ἄξω τῆλ' Ἰθάκης, ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι* adductus est (cf. Kuehner II 221, 7, Krueger Di. § 54, 8, 3).

Sicut in coniunctione *ὄφρα* vim temporalem et finalem inesse vidimus, ita *ἐπεί* duplici vi instructum invenitur, et temporali et causali. illa igitur reperitur locis Ther. 133,[1]) 285, 905, quibus addam Ther. 926 *χραισμήσει τημοῦτος*,[2]) *ἐπὴν σφυρὸν ἢ χέρα κόψῃ*,[3]) haec locis Ther. 386, 639, 716, 823, 903, Al. 38.[4]) in quibus enuntiatis, excepto v. Ther. 926, indicativus legitur isque aoristi gnomici modo ab eiusdem generis aoristo (Ther. 133 et 285 [5])) modo a substantivo (Al. 38), quod accuratius explicetur necesse est, apti vel perfecti (Ther. 386, ubi enuntiatum ad adiectivum *μάσσονα* referendum est) vel praesentis (Ther. 639) item ad adiectivum spectantis vel aoristi historici (Ther. 903 et 905). praeterea notandum videtur duobus locis Ther. 716 (quo perfectum) et 823 (quo aoristus gnomicus extat) enuntiata causali *ἐπεί* incohata prope in notionem enuntiatorum primariorum [6]) abire

---

[1]) quo loco enuntiato ab *ἐπεί* incipiente nihil nisi accuratior verborum *λώβην μετεκίαθον* explicatio continetur, quod de loco quoque Ther. 905 valet, quo verbis *ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ . . ., νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα* praecedens *ἔκτα* explicatur atque illustratur. vv. Ther. 903 sqq. cum ob eam rem tum propter coniunctionem iteratam maximam habent similitudinem cum vv. Ther. 484 sqq.

[2]) quod adverbium Nicander ab Hesiodo (Opp. 576) mutuatus est.

[3]) cf. locos Homericos *Δ* 239, *O* 147, *μ* 55 (de actione semel facta a futuris aptos), *Z* 489, *λ* 192 (de re iterata). quod O. Schneider ad hunc locum adnotavit: '*κόψῃ* est pro *κόψηαι*, quod propter (I. G.) Schneiderum moneo', qui cur. post. p. 271 dixit: 'ad verbum *ἐπὴν κόψῃ* deest nomen bestiae venenatae', cum eo refellitur, quod tum non *κόψηαι*, sed passivum *κοπῇς* vel *κόπτῃ* expectatur, tum loco simillimo Ther. 6: *εὖτε . . . βάλῃ ἔπι λοιγὸν ὀδόντα*.

[4]) hoc uno Al. loco *ἐπεί* legitur.

[5]) imperfectum *ἔχεσκεν* satis mirum est. offendit in eo iam Lehrs (Quaest. ep. p. 294 adn.), qui Hes. Theog. 10 et 269 comparavit; O. Schneider autem locum h. Hom. Apoll. 4 sqq. adtulit, quo 'similiter in re fieri solita a praesenti tempore ad imperfectum et aoristum transitus est.' mihi quidem cognatio, quae inter aoristum gnomicum de rebus fieri solitis usurpatum et imperfectum syllaba *σκον* instructum intercedit (in cuius locum etiam aoristus suffixo *σκον* instructus succedere potest; cf. Krueger Di. § 32, 1, Kuehner II 139 adn. 3), causa fuisse videtur, cur Nicander *ἔχεσκεν* eodem sensu atque aoristum gnomicum adhibuerit, quod de loco quoque Al. 583 valet, quo *τέλεσκε* extat (cf. O. Schneideri adnotationem ad h. l. et prolegg. p. 96). praeterea notanda sunt imperfecta *ἐφίει* (Ther. 408; de mensura *ἐφίει* cf. locum *O* 444), *ἕζετο* (Al. 123), *ἔτρεφεν* (Ther. 168 et Al. 271; cf. contra Ther. 388, 607, 884, 888, Al. 549; cuius usus causa fuisse videntur loci Homerici, quibus imperfectum *ἔτρεφε* legitur, veluti *Δ* 414, *Z* 282, *X* 69, 421, *ε* 135, *η* 12, 256, *τ* 354), alia, quorum loco praesens vel aoristum gnomicum expectes; contra aoristus narrativus imperfecti loco expectatur Ther. 688 et Al. 200; cf. Kuehner II 123, 3, Krueger Di. § 53, 2. at iure aliis locis imperfecta posita esse videntur, veluti Ther. 349 sqq., quo loco descriptio atque enarratio continetur, quae aoristo *ἀπανήνατο* finitur atque absolvitur; cf. Kuehner II 123, 2

[6]) cf. *Δ* 119, 153, *Γ* 214, *I* 418, *ι* 352; vide Kuehner II 964 adn. 1.

ita, ut ἐπεί idem atque γάρ valeat. quod autem ad versus locum, quo ἐπεί legitur, adtinet, eam coniunctionem exceptis locis Ther. 386 et 639, quibus post primum versus trochaeum posita est, post caesuram trochaicam invenimus ita, ut enuntiatum primarium ubique praecedat. neque illud praetermittendum est coniunctioni ἐπεί vi causali instructae bis (Ther. 716 et 903) voculam ῥά, notione temporali praeditae semel (Ther. 285) particulam τέ [1]) adiectam esse.

Praeter ἐπεί coniunctio οὕνεκα [2]) enuntiato causali praefigitur Al. 407 ἀπέστυγεν Ἀφρώ, | οὕνεκ' ἐριδμαίνεσκε χροῆς ὕπερ, ubi imperfectum syllaba σκον auctum de re tempore praeterito saepius facta ab aoristo narrativo aptum videmus; [3]) altero autem loco, quo οὕνεκα extat, non vis causalis in hac coniunctione inest, sed enuntiatum declarativum ab ea incipit: Ther. 484 sq. τὸν μέν τ' ἐρέει [4]) φάτις, οὕνεκ' Ἀχαιὴ | Δημήτηρ ἔβλαψεν. praeterea duo restant in Ther. enuntiata declarativa, quae a coniunctione ὡς [5]) incipientia aoristisque narrativis instructa invenimus, Ther. 344 sqq.[6]) Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος . . . φορεῖται, | ὡς . . . πόρεν et 835 λόγος γε μέν,[7]) ὥς ποτ' Ὀδυσσεὺς | ἔφθιτο. quae enuntiata [8]) (dico ea, in quibus adfirmandi vis inest) non tam a verbis quam a substantivis dicendi notione instructis (μῦθος vel λόγος) dependent.

---

1) de particulis ἐπεί τε iunctis cf. O. Schneider ad h. l.

2) haec coniunctio Ther. 484 quintum, Al. 407 primum versus pedem obtinet. quod de coniunctione ὡς quoque valet, quae Ther. 344 in primo, 835 in quinto versus pede collocata est.

3) hunc locum Nicandri interpolator imitatus est Al. 620 στέφος οὐχ ὑπέδεκτο | . . ., οὕνεκα Κύπριν . . . κόσμησεν, de quo loco spurio cf. O. Schneider prolegg. p. 157 sq.

4) quo loco ἐρέει (quam formam poeta pro futuro adhibuit Ther. 636; cf. Ther. 528) non futuri, sed praesentis vice fungi videtur. quam ad rem Nicander fortasse locis *Α* 62, *Η* 128, δ 192, λ 229, φ 31 aliis adductus est, quamquam his locis in ἐρέειν non dicendi, sed percunctandi vim inesse videmus. rectius autem statuere posse nobis videmur Nicandrum locum π 378 ἐρέει δ' ἐν πᾶσιν ἀναστάς, | οὕνεκά οἱ φόνον αἰπὺν ἐράπτομεν (adde ο 42, π 330) imitatum esse, quod etiam usu coniunctionis οὕνεκα probatur, quae in enuntiatis declarativis rarissime ab Homero adhibetur (in Iliade semel tantum *Α* 21 et paucis Odyssiae locis ε 216, η 300, ν 309, ο 42, π 330, 379; praeterea cf. h. Hom. in Apoll. 376 paucosque Sophoclis locos: Phil. 232, 839, Oed. R. 708, Oed. Col. 34, 1395, El. 1478, Tr. 934 et vide Kuehner II 875/6); cf. praeterea Al. 167 καὶ πότμον ἐπισπεῖ, quo loco Nicander ex quibusdam formis verbi ἐφέπειν in formula trita πότμον ἐπισπεῖν (γ 16; *Β* 359, *Ο* 495; β 250; ε 308) praesens ἐπισπεῖ finxit, idque genus al.

5) ὡς notionem declarativam paucis tantum locis Homericis induisse videtur: *Α* 110, *Η* 402, *Κ* 160, ψ 60, h. Hom. Ven. 214.

6) locis Ther. 344 et 484 enuntiata secundaria coacervata vides.

7) cf. locum Arateum (100 sq.), quem Nicandrum imitatum esse veri simile est: λόγος γε μὲν ἐντρέχει ἄλλος | ἀνθρώποις, ὡς δῆθεν ἐπιχθονίη πάρος ἦεν.

8) enuntiata οὕνεκα et ὡς instructa enuntiatis, a quibus pendent, semper succedunt. hoc loco praetereundum non videtur ὅτι (et causale et declarativum) a Theriacis Alexipharmacisque plane abesse.

B. De enuntiatis comparativis et condicionalibus.

Enuntiata comparativa, ad quae nunc transimus, modo verbis carent, modo eis instructa sunt, quod tamen raro tantum fit (uno Ther., sex Al. locis). inducuntur autem particulis *ὡς*, *ἅτε*, *ἠύτε*, *οἷα* (nonnumquam voculis *δή*, *πέρ*, *τέ* additis), *οἷον* vel *οἷόν τε*, *ὡς εἴ τε*, *ὡς εἴ περ*, *ὡς* (*δ'*) *ὅτε*, *οἷον ὅτε*. comparationes, quas coniunctione *ὡς* poeta instruxit, verbis egent Ther. 329, 512, 543, 642, 814, Al. 86.[1]) neque in enuntiatis comparativis, quibus *ἅτε*[2]) praefigitur, excepto uno loco Al. 217 sqq. *ἢ ἅτε κερνοφόρος ζάκορος βωμίστρια Ῥείης | εἰνάδι λαοφόροισιν ἐνιχρίμπτουσα κελεύθοις | μακρὸν ἐπεμβοάᾳ γλώσσῃ θρόον, οἱ δὲ τρέουσιν, | Ἰδαίης ῥιγηλὸν ὅτ' εἰσαΐωσιν ὁλαγμόν, | ὣς ὅ ... βρυχανάαται*[3]) verba extant: Ther. 510, 833, Al. 160, 356 (*ἅτε δή*), 468, 478,[4]) 542.[5]) quibus locis adiungam Al. 215 *βοάᾳ, ἅ τις ἐμπελάδην φὼς*[6]) | *ἀμφιβρότην κώδειαν ἀπὸ ξιφέεσσιν ἀμηθείς*, quo *ἅ τις* verbo non addito eodem atque *ἅτε* sensu usurpatum esse videtur. neque vero ad *ἠύτε*[7]) verbum accedit, quae particula Ther. 259, 340, 375, Al. 570 legit... saepissime autem enuntiata comparativa pronomine relativo *οἷα*, quod in adverbii fere vim abiit[8]) — eius loco bis *οἷον* invenitur —, inducuntur vel per se posito vel particulis *δή*, *πέρ*, *τέ* adiectis. *οἷα* igitur solum his locis extat, quibus omnibus verbum non legitur: Ther. 20, 178, 241, 294, 297,[9])

---

[1]) cuius generis locis *ὡς* plerumque post primum dactylum extat (Ther. 329, 543, 642, 814), semel in versus initio (Al. 86, ubi non ut reliquis locis substantivum in comparatione adhibetur, sed adverbium temporale: *οὐδ' ἔτι γυῖα | ὡς τὸ πάρος δονέει*), semel (Ther. 512) in pedis quarti thesi.

[2]) quam voculam apud Homerum adverbii loco esse Lehrs 'de Aristarchi stud. Hom.' p. 160 sqq. negat locis, quibus illa notio in *ἅτε* inesse putabatur, Λ 779 et X 127, ita explicatis, ut uno loco ad *ἅτε*, quod pro relativo accipit, ex praecedentibus *παραθεῖναι*, altero *ὀαρίζετον* suppleatur.

[3]) hoc loco sicuti Al. 35 in enuntiato, quod sequitur, *ὥς* demonstrativum invenitur.

[4]) ubi legitur *ἀμφὶ δὲ μήλοις | ἄνθε' ἅτε βρυόεντα ... ἐφίζει*, ita ut non subiectum, sed res tantum, quacum id comparatur, adsit; cf. Ther. 178 et O. Schneider prolegg. p. 94 sq.; adde Arat. 242, 1042. atque hoc modo fortasse locus Ther. 814 explicandus est, si *νήια* non substantivi (*ἐρετμά*), sed adiectivi vice ad *πτερά* referendi fungi statuis (cf. locos λ 125, ψ 272 *ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται*, Hes. Opp. 628 *εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο*), ita ut *πόδες* supplendum sit.

[5]) quo loco *βρέφος* singularis notione collectiva positus esse videtur; cf. Al. 356.

[6]) cf. Π 406 *ὡς ὅτε τις φώς*; vide de hoc loco Goebel Ann. phil. CXXXXI p. 826 sqq.

[7]) quod modo in primo pede (Ther. 259) modo in quinto (Ther. 375 et Al. 570) modo in altero (Ther. 340) collocatum est.

[8]) quae notio iam apud Homerum in *οἷά τε* inest (cf. γ 73, η 106, ϑ 160, ι 128, 254, λ 364), semel in *οἷα* ϑ 365.

[9]) quo loco poeta aptius dicere potuit *ὑποψοφέει καλάμης χύσιν οἷα διέρπων*, quem ad modum scholia quoque explicant: *καὶ παρασύρων προστρίβεται τῇ γῇ καὶ ὑποψοφεῖ, οἷα χύσιν καλάμης διέρπων, τουτέστιν ὡσεὶ καλάμους διέρπων, ἤγουν βαδίζων.*

377,[1]) 446,[2]) 774, Al. 29, 194, 421,[3]) 472,[4]) ubi *τέ* particula copulativa est, non cum *οἷα* coniungenda, *οἷά περ* Ther. 806[5]) et Al. 597, *οἷά τε* Ther. 696, 790, Al. 159, 252, *οἷά τε δή* Al. 118, quibus item verbum ad coniunctionem non accedit. hi loci non raro ita sunt comparati, ut res, quacum altera componitur, non substantivo, sed participio vel adiectivo significetur: Ther. 20, 241, 297 (?), 774, Al. 29, 194, 252,[6]) 421. atque *οἷα*, sive particulae accedunt, sive non accedunt, saepissime primum versus pedem (Ther. 20, 178, 241, 774, 790, 806, Al. 29, 118, 194, 252, 421, 472, 597; adde Al. 126, de quo modo dicemus), nonnumquam quintum occupat (Ther. 294, 297, 377, 696, Al. 159); non plus uno loco (Ther. 446) ante caesuram trochaicam, praeterea semel (Al. 416, de quo loco statim verba faciemus) in pede altero legitur. duobus autem locis Al. 416 *μὴ . . . κορέσκοι | νηδύν, οἷά τε πολλὰ παρασφαλέες τεύχονται* . . . et 126 *ὃ . . . δάμναται ἄταις, | οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα κάκτου | ἠέρ᾽ ἐπιπλάζοντα διαψαίρουσι πνοῇσι*[7])

---

[1]) is locus aliter in scholiis (ad v. 372 et 377), quae sequi videtur I. G. Schneider (cf. eius cur. post. p. 235), aliter ab O. Schneidero explicatur. huius autem interpretatio (cf. prolegg. p. 41) quin recta atque unice vera sit, quam minime dubito. iungenda igitur sunt *τὴν μὲν δροιτύποι οἷα βατῆρα δέρματος ἐσκύλευσαν*, neque v. 378 aliud quidquam agitur nisi ut *βατῆρα* accuratius definiatur.

[2]) O. Schneider *οἷα μυληβόρον*, quod schol. ad Θ 178 et Eustath. ad Il. p. 705 extr. praebent (nam *μυχηβόρον* ab I. G. Schneidero et Lehrsio receptum minus placet) in *οἷ᾽ ἀμυληβόρον* mutavit (cf. prolegg. p. 144), quod mihi quidem ob hiatum caesuram turbantem non valde probatur. accedit quod *α* in *οἷα* apud Nicandrum nusquam eliditur. quid autem quaeso nos impedit, quominus traditam lectionem *μυληβόρον* collato nomine *Λειχομύλη* (Batrach. 29) defendamus?

[3]) de quo loco cf. p. 32 adn. 5.

[4]) ubi *γόνος* supplendum est ex praecedentibus, in quibus particula comparativa deest. quod simul cadit in locos Al. 247 *πικρὸς δ᾽ ὑποβόσκεται ὕδρης | ἰός*, ad quem recte adnotasse videtur O. Schneider: 'ὕδρης ἰός dixit pro ἅτε ὕδρης ἰός', et 467 *τοῦ δ᾽ ἤτοι λοπίδων μὲν ἰδὲ πλύματος πέλει ὀδμή* (i. q. *ὡς λοπίδων*). de quo usu cf. praeterea Kuehner II 997, 9. loco autem de quo agitur structura haec est: *ὃς δ᾽ ἤτοι* (sc. lepus marinus) *ὑπὸ* (sc. *ἐν βένθει*) *ὀστλίγγεσσιν ἀραιαῖς ἐμφέρεται* ('se commovet, versatur', non ut I. G. Schneider p. 230 voluit 'similis est'; cf. Apoll. Rhod. IIII 611, Opp. Hal. I 80/1 *μυρία μὲν δὴ φῦλα . . . βένθεσι πόντου ἐμφέρεται*) *ἅτε τευθίδος ἢ τεύθου γόνος*. lepus enim marinus cum sepia loligineque non solum propter tentacula comparatur, sed etiam ideo quod atro quodam liquore emisso ab eorum qui insequuntur conspectu recedit (cf. Al. 473). de qua re vide quae O. Schmidt ('Brehm's Thierleben, Volksausgabe von Schoedler' III 808) disputavit.

[5]) quo loco *τοῖο* et *ἐκ βέμβικος* inter se respondent; cf. quae O. Schneider ad h. l. adnotavit.

[6]) quo loco I. G. Schneider (p. 335) *μιαινόμενος*, quod sensu caret, in *μιαινομένοις* correxit. quam coniecturam cur Lehrs non receperit non intellego.

[7]) vv. Al. 126 et 118 ita comparati sunt, ut singulae voces inter se respondeant; cf. *οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα κάκτου* et *οἷά τε δὴ κάρφεια νέον βεβρωμένα κέδρου* (fortasse hoc loco versus intercidit). ac talis inter binos versus concentus saepe apud Nicandrum observatur.

verbum adicitur.[1]) praeter pluralem formam *οἷα* singularem *οἷον* eodem sensu adhibitam[2]) videmus Ther. 195 *μορφὴ δ' ἰχνευτᾶο κινωπέτου οἷον ἀμυδρῆς* | *ἴκτιδος* et 525 *οἷόν τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται.*[3]) particulae autem copulatae, quas Nicander adhibuit, hae sunt: *ὡς εἴ τε*[4]) Ther. 240 et Al. 382, quibus locis verbo carentibus *ὡς εἴ τε* ante caesuram trochaicam extat, Al. 258, ubi *ὡς εἴ τε* verbo instructum versum incohat, *κακὸν ἀποήρυγε δειρῆς,* | *ὡς εἴ τε κρεάων θολερὸν πλύμα χεύατο δαιτρός* (dependet autem hoc loco ab aoristo gnomico eiusdem generis aoristus), *ὡς εἴ περ*[5]) Al. 494 (quo verbo non addito versus inducitur), *ὡς* (*δ'*) *ὁπότε*[6]) Al. 30 *ὡς δ' ὁπότ' ἀγριόεσσαν ὑποθλίψαντες ὀπώρην* | *Σιληνοὶ κεραοῖο Διωνύσοιο τιθηνοὶ* | *πρῶτον ἐπαφρίζοντι ποτῷ φρένα θωρηχθέντες* | *ὄθμασι δινήθησαν, ἐπὶ σφαλεροῖσι δὲ κώλοις* | *Νυσαίην ἀνὰ κλιτὺν ἐπέδραμον ἀφραίνοντες,* | *ὣς οἵ γε σκοτόωσι,* 341 *νηδὺς διαπίμπραται, ὡς ὁπόθ' ὕδρωψ* | *τυμπανόεις ἀνὰ μέσσον ἀφυσγετὸς ὀμφαλὸν ἵζει, οἷον ὅτε*[7]) Ther. 422 *ἐχθρὸν ἄηται,* | *οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρε' ἵππων* | *γναπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ' ἀρβήλοισι λάθαργοι.* his tribus locis verba (primo aoristum gnomicum, altero tertioque praesens) adiecta habes eaque a temporis praesentis indicativis apta. particulae ipsae, quibus enuntiata comparativa verbis carentia inducuntur, rei, quacum altera confertur, ubique praecedunt exceptis locis Ther. 814 (*νήιά θ' ὥς*),[8]) 297 (?), 446 (*οἷα*), Al. 468, 478 (*ἅτε*). quodsi eorum quae de enuntiatis comparativis observavimus summam facimus, ante omnia notandum est comparationes longe plurimis locis singulis tantum vocabulis vel substantivis (Ther. 178, 259, 294, 375, 525, 543, 814, 833, Al. 160, 356, 542, 570) vel participiis adiectivisve (Ther. 20, 241, 774,

---

[1]) haud scio an recte huc referantur loci Ther. 762 sq. et Al. 293 sqq., quibus relativi *οἷα* loco demonstrativum *τοῖα* ratione metrica postulatum in pede quinto legitur. quorum ille hunc in modum mihi explicandus esse videtur: *πτερὰ ἔγχνοά ἐστιν, ὡς φαείνεται, ὅστις κονίης ἢ καὶ* (*ἀπὸ*) *σπληδοῖο ἐπαύρῃ* 'pennae lanuginosae sunt, quemadmodum (lanugine conspersus) adparet quicumque pulverem cineremve tetigit'; nam si quis impedita verborum collocatione offenditur, conferat velim Ther. 190 sq. et Al. 115 sq. (cf. O. Schneideri adn. ad h. l.), Theocr. XXVIIII 3 *κἠγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ;* praeterea vide M. Schmidt Mus. rhen. XXVI p. 180 et O. Schneider Call. I p. 429.

[2]) *οἷον* in eodem atque *οἷα* versus pede eoque vel primo (Ther. 525) vel quinto (Ther. 195) legitur.

[3]) *οἷόν τ'* paene in notionem Latini 'quasi' vel potius 'fere' abiisse videtur; nam expectatur vel *οἷόν τ' ἄσφαλτος ἀπερεύγεται* vel (omisso *οἷόν τε*) *ἀσφάλτου ἀπερεύγεται.*

[4]) cf. *Λ* 474 et *ξ* 254, quibus locis verbum deest, *Ν* 492, ubi indicativus aoristi gnomici extat; saepius vero apud Homerum id genus locis optativus invenitur.

[5]) cf. p. 46 adn. 8; praeterea vide de hoc loco I. G. Schneider p. 239.

[6]) cf. *Λ* 492 sq.; saepius veluti *Λ* 305, *δ* 335 coniunctivus legitur. frequentissima autem formula *ὡς δ' ὅτε* est; cf. Kuehner II 217, 5 et 994, 1, Krueger Di. § 54, 17, 5.

[7]) cf. Ameis ad *ν* 387 sqq.; adde locum *κ* 462.

[8]) quae collocatio apud Homerum quidem usitatissima est.

Al. 159, 194) effici,[1]) nonnumquam substantivis quae adiectivis vel genetivis aucta vides (Ther. 195, 240, [297?], 329, 446, 510,[2]) 512, 642, 696, 790, 806, Al. 468, 472, 478, 597); ampliores comparationes iis locis invenimus, quibus substantiva una cum participiis leguntur (Ther. 340, 377, Al. 118, 215, 382, 494) aut participia aliis voculis accuratius explicata (Ther. 297 (?), Al. 29, 252, 421); raro tantum (Ther. 422, Al. 30, 126, 217, 258, 341, 416)[3]) enuntiationes comparativas verbis finitis[4]) instructas videmus. ex quibus locis Al. 30 sqq. et 217 sqq., qui soli ab aliorum ieiunitate recedentes uberius exornati sunt, non tam a praecedentibus quam a sequentibus dependent adverbio demonstrativo ὥς addito. hi loci praeterea ideo memorabiles sunt, quod binae statim inter se excipiunt more Homerico comparationes.[5]) neque illud praetereundum videtur in Alexipharmacis, quae duas tantum Theriacorum partes efficiant, totidem fere (XXIIII) enuntiata comparativa extare quot in Ther. (XXV in his leguntur) eaque longiora magisque ornata[6]) (cf. Al. 29, 30, 118, 126, 215, 217, 252, 258, 341, 382, 416, 421, 494). magis igitur in Al. quam in Ther. ars exculta conspicitur.

Nunc ad enuntiata condicionalia tractanda accedamus. ac primum quidem de illis verba faciamus, in quibus coniunctivus legitur,[7]) sive particula ἤν sive εἰ (ἄν vel κέν non addito) condicio inducitur. ab ἤν igitur coniunctivus aptus est paucis locis Ther. (915, cui adde 445, 779, quibus καὶ ἤν[8]) concessiva notione instructum extat), multo pluribus Al. (157,[9])

---

[1]) his locis simillimi sunt ii, quibus similitudo, quae inter binas res intercedit, non enuntiato comparativo, sed adiectivo (ἶσος, ἀλίγκιος al.) vel verbo (εἴδεσθαι, ἐοικέναι al.) significatur. quorum locorum haud paucos congestos habes in append. I.

[2]) ubi κισσήεντα περικλυμένοιο idem atque κισσοῦ περικλυμένοιο valet: cf. append. V s. v. κισσήεις; de ἅτε hoc loco idem dicendum est atque de οἷόν τ' Ther. 525; vide etiam O. Schneiderum p. 94 sq.

[3]) quibus adde Ther. 762 sqq. et Al. 293 sqq.

[4]) iisque indicativis aut praesentis (Ther. 422, Al. 126, 217, 341, 416, qui loci excepto Al. 416, quo κορέσκοι νηδύν praecedit, ab indicativis praesentis apti sunt) aut aoristi gnomici (Al. 30 et 258).

[5]) duplicem comparationem praeterea habes locis Ther. 240 sq. et Al. 159 sq.

[6]) cuius generis exempla in Ther. non plus tria vel quattuor occurrunt: 297 (?), 340, 377, 422.

[7]) hi loci omnes ita comparati sunt, ut non de singulari quadam condicione futura, sed de actione iterata sermo sit.

[8]) utroque loco enuntiato primario praemisso καὶ ἤν post caesuram trochaicam legitur ita, ut uno loco Ther. 445 ab aoristo gnomico aoristi coniunctivus, altero 779 (quem Nicander ad exemplar versuum Hesiodeorum Opp. 587 ἐπεὶ . . . καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, scut. Herc. 397 ὅτε τε χρόα Σείριος ἄζει finxisse videtur) a praesente coniunctivus praesentis dependeat.

[9]) quo loco τὶς omissum est, sicuti Al. 116, 537, 567; cf. Kuehner II 32 g, Krueger Di. § 61, 4, 1, O. Schneider prolegg. p. 158 adn. qui locus (Al. 157) praeterea ideo memorabilis est, quod numerus verbi a singulari πάσηται ad pluralem λαβράζουσι transit, cum in τὶς, quod supplendum est, vis collectiva insit; cf. Kuehner II 50 β et 76, 5, a, α. ac talem numeri mutationem apud Nicandrum saepius invenimus; cf. O. Schneider ad Ther. v. 201.

249, 312, 364, 495, 537, 567). a quo carmine εἰ (ἄν omisso) cum coniunctivo copulatum abest,[1]) quod nonnumquam in Ther. invenitur (98, 115, 409). exceptis autem locis Ther. 445 et 779 ἤν vel εἰ ubique in versus initio posita sunt enuntiato primario sequente. qui loci omnes praeter Ther. 409 ita sunt comparati, ut ab enuntiato condicionali nova carminis pars incipiat, quod in primis in Al. conspicuum est, ubi formulis ἤν δέ τις, ἤν γε μέν aliis saepe novi veneni eiusque notarum descriptionem induci videmus. iam, quod ad coniunctivorum tempus adtinet, plerumque coniunctivus aoristi legitur (Ther. 115, 409, Al. 157, 249, 312, 364, 537), nonnumquam praesentis (Ther. 98, 915, Al. 495, 567);[2]) in enuntiatis vero primariis saepissime praesens (Ther. 98, Al. 157, 249, 364, 567), bis aoristus gnomicus (Al. 495, 537[3])), bis perfectum (Ther. 409, Al. 312), semel optativus potentialis addito κέν[4]) (Ther. 115), semel infinitivus, qui imperativi vice fungitur, (Ther. 915) invenitur, contra futurum abest.[5]) neque illud praetereundum videtur in apodosi nonnumquam adverbium quoddam extare ad condicionem referendum: αἶψα (Ther. 117 et Al. 540), αὐτίκα (Ther. 916), αὐτοῦ[6]) (Ther. 410), δὴ τότε[7]) (Al. 365).

Unum tantum enuntiatum condicionale, in quo optativus extat, legitur Ther. 87 sqq.[8]) εἰ δὲ σύ γε τρίψας (GM al. τρίψαις) ὀλίγῳ ἐν βάμματι κάμπην | . . . | ἠὲ καὶ ἀγριάδος μαλάχης ἐγκύμονι κάρφει | γυῖα πέριξ λιπάσειας, ἀναίμακτός κεν ἰαύοις, ubi usitatam condicionalium id genus enuntiatorum formam adhibitam videmus. praeterea autem nullus eiusmodi locus conspicitur; nam versus Ther. 689 sqq.,[9]) in quibus editores voculis εἰ δὲ σύ γε protasim enuntiati condicionalis incohari statuunt post πρόσπαιον demum interpungentes,[10]) ita accipi posse puto, ut ἀγρεύσαις optativum imperativi

---

[1]) huius generis locos apud Homerum habes *Α* 81, *Δ* 261, *Κ* 225, *Λ* 116, *Μ* 239, *Π* 263, *Φ* 576, *Χ* 191, *α* 167, *η* 204, *μ* 96, *ξ* 373, *π* 98, 116 de rebus iteratis (ut apud Nicandrum), contra multo pauciores (VIII) de rebus semel futuro tempore efficiendis; vide Krueger Di. § 54, 12, 2.

[2]) Ther. 915 et Al. 567 coniunctivum aoristi expectes.

[3]) quo loco tempora ita variant, ut aoristum ἐπρήσθη praesentia δάμνανται et λύει sequantur.

[4]) quem hoc loco paene in notionem imperativi abiisse iam supra p. 42 adn. 7 commemoravi.

[5]) ad quod tempus δήεις (Ther. 98) prope accedit; cf. *Ι* 418, 685, *Ν* 260, *ζ* 291, *λ* 115 ac frequentem huius verbi (II pers. sing.) in Nicandri Theriacis usum: Ther. 100, 211, 373, 384, 463, 661, 714, 786. qua in re Nicander fortasse Aratum (cf. eius vv. 161 et 436) secutus est.

[6]) cf. *Ο* 349 (quem versum Nic. hoc loco imitatus esse videtur), *Φ* 425, *δ* 703, *σ* 212; Ther. 768, qui locus simillimus est, non αὐτοῦ, sed αὐτίκα legitur.

[7]) cf. p. 40 adn. 3.

[8]) quo loco de re iterata agitur.

[9]) ad v. 694 cf. locos Arat. 334 et *ο* 183, quos respexisse videtur Nicander.

[10]) δέ igitur post ἀποσκύλαιο positum ἀποδοτικόν quod vocatur esse statuunt; sed talis usus a Nicandri carminibus, de quibus agitur, plane abest.

vice positum interpretatus[1]) εἰ δέ particulam adhortativam[2]) sumam collato versu simillimo Ther. 885 εἰ δέ, σύ γ' ἐκ ποίης ἀβληχρέος ἔγχλοα ῥίζαν | ... τμήξαις, cui addam Ther. 80 εἴ γε μέν, ἐς τεῦχος κεραμήιον ἠὲ καὶ ὄλπην | κεδρίδας ἐνθρύπτων λιπάοις εὐήρεα γυῖα.

Paucis absolvere licet enuntiata condicionalia, in quibus εἰ cum indicativo constructum legitur: Ther. 10, 57, 458, Al. 1 sqq.[3]) de locis enim Ther. 57[4]) et 458 nihil adnotandum est, nisi quod in priore, quo praesens in protasi est, in apodosi imperativus sequitur, in altero, cuius protasis futuro[5]) formatur, δήεις, quod futuri vice fungitur, succedit. loco autem Al. 1 sqq.,[6]) quo optativo vocula κέν addita apodosis efficitur, notionem concessivam inesse videmus. his igitur locis protasis praecedit, apodosis sequitur, quod contra fit loco Ther. 10 sqq.

Videmus igitur ex enuntiatis condicionalibus saepissime (XIII^{ies}) inveniri ea, in quibus ἤν vel εἰ (particula κέν vel ἄν non addita) ad coniunctivum accedit; nonnumquam (quater) εἰ cum indicativo copulatum, semel tantum in Ther. εἰ cum optativo coniunctum legitur. enuntiata irrealia ab his carminibus plane absunt. neque illud praetereundum est exceptis locis Ther. 10, 445, 779 protasim ubique praecedere. restat ut eos adferam locos, quibus post coniunctionem εἰ verbum finitum deest: Ther. 309 (εἰ δ' ἔτυμον, Τροίηθεν ἰοῦσ'[7]) ἐχαλέψατο φύλοις | Αἰνελένῃ) et 826, quibus locis similitudinem quandam cum versibus Ther. 10 sqq. esse neminem fugit.[8]) accedunt loci, quibus εἰ δ' ἄγε legitur: Ther. 747 εἰ δ' ἄγε μυρμήκειον (ubi O. Schneider haec adnotat: 'subintellige πιφαύσκεο[9]) e v. 725, cf. v. 797 et 815'), 769 εἰ δ' ἄγε καὶ κέντρῳ κεκορυθμένον ... σκορπίον αὐδήσω, 848 εἰ δ' ἄγε καὶ σμυρνεῖον ... τάμοις, quo loco optativus sensu ab impe-

---

[1]) quae sententia scholiastae quoque verbis (ad v. 689) comprobari videtur: γαλῆς τέκνα ἢ αὐτὴν τὴν μητέρα ἀγρεύσας κτεῖνον καὶ ἐν πυρὶ τὰς τρίχας αὐτῆς καῦσον ... καὶ ἁλίσας ξήρανον ἐν σκιᾷ.

[2]) cf. *I* 262 εἰ δέ, σὺ μέν μευ ἄκουσον, *I* 46 εἰ δέ, καὶ αὐτοὶ | φευγόντων σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν; saepius vero eo sensu apud Homerum εἰ δ' ἄγε occurrit, quod apud Nicandrum quoque invenitur.

[3]) Ther. 10 et Al. 1 sqq. de re semel facta, Ther. 57 et 458 de re iterata agitur.

[4]) quo loco apodosis voculis τῆμος δή incohatur.

[5]) nisi forte quis loco simillimo Ther. 98 adductus hoc quoque loco βήσεαι coniunctivum eumque brevi vocali instructum accipere mavult (cf. Ther. 114) talibus verbi βαίνειν aoristi formis, quales extant *Γ* 262, 312, *Ξ* 229, *γ* 481, *η* 135, *ν* 75, h. Hom. in Apoll. 49, 141, collatis.

[6]) ad v. Al. 3 cf. similem locum Homericum *K* 161 ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει.

[7]) Beneke p. 38 ἰοῦσα χαλέψατο proposuit, quod propter pravam caesuram displicet.

[8]) cf. *Ξ* 125 τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, εἰ ἐτεόν περ, *T* 264 al.; praeterea vide quae L. Lange 'Der homerische Gebrauch der Partikel εἰ' p. 221 sqq. et 227 sqq. disputavit.

[9]) imperativus invenitur *Α* 302, *Ζ* 376, *Θ* 18, *Π* 667, *Τ* 108, *Ψ* 581, *α* 271, *β* 178, *δ* 832, *μ* 112, *χ* 391, *ψ* 35.

rativo non alieno extat.[1]) de locis autem Ther. 80 et 885 huc pertinentibus iam supra p. 61 exposuimus.

C. De enuntiatis relativis.

Expondituri de enuntiatorum relativorum usu primum de eis agemus, in quibus usitatissimum generis relativi pronomen *ὅς, ἥ, ὅ* — nonnumquam *ὅ, ἥ, τό* in eius locum succedere videmus — legitur.[2]) quae ita digeremus, ut primum eos locos adferamus, quibus de rebus semel factis agitur, tum eos, quibus de actionibus iteratis exponitur. generis igitur narrativi enuntiata relativa haec sunt[3]): Ther. 353, 439, 501, 613, 672, 685, 903, 958, Al. 2, 100, 130, 150, 172, 200, 273, 406, 446, 560, 605. qui loci magna ex parte ita sunt comparati, ut, qui deus vel heros primus herbam remediumve quoddam severit, invenerit, adhibuerit, narretur (Ther. 439, 501, 685, Al. 100, 130;[4]) addi his potest Ther. 672); aliis locis de necessitudine, quae inter deos atque feras, plantas aliasve res intercedit, agitur (Ther. 613, 903, Al. 172, 200, 273, 406, 560), quorum nonnulli generis aetiologici sunt, quod etiam de locis Al. 446, 605 valet; item locus Ther. 353 ad fabulam quandam pertinet; locis Ther. 958 et Al. 2 de scriptore ipso, Al. 150 de Samo insula exponitur. his locis omnibus praeter Al. 200, ubi imperfectum *κατέστεφε* extat, aoristus narrativus usurpatur.[5]) iam ad ea enuntiata relativa transeamus, in quibus de rebus, quas cotidie videre, audire, percipere possumus (de feris bestiisque, plantis herbisque atque earum nominibus), sermo est. cuius generis enuntiata plerumque indicativo praesentis instructa

---

[1]) hic reliquos locos adferre liceat, quibus *ἄγε* particulae adhortativae loco positum est: Ther. 359 *νῦν δ' ἄγε χερσύδροιο καὶ ἀσπίδος εἴρεο μορφὰς | ἰσαίας* (qui locus similis est versui Ther. 747 locisque p. 61 adn. 9 commemoratis), Ther. 528 et 636, quibus post voculas *νῦν δ' ἄγε τοι* (cf. *Λ* 524, *ι* 37, *ω* 336, ubi *εἰ δ' ἄγε τοι* legitur) futura (*λέξω* et *ἐρέω*) sequuntur, qui loci versui Ther. 769 respondent, Al. 376 *ἀλλ' ἄγε δὴ φράζοιο*.

[2]) enuntiata relativa ab *ὅς* vel *ὅ* incipientia in utroque carmine eadem frequentia adhibita sunt; in Ther. enim LXIIII, in Al., quae Theriacorum duas fere partes efficiunt, XXXXIII locis inveniuntur.

[3]) in Al. minoris ambitus carmine plura id genus enuntiata quam in Ther. leguntur.

[4]) Ther. 439, 501, Al. 100, 130 post relativum *ποτέ* legitur, quod liber G etiam loco Al. 605 *σελίνου . . ., ᾧ ποτε* (reliqui *ᾧ ϑ' ὕπο* praebent) exhibet, quam lectionem I. G. Schneider et Lehrs receperunt.

[5]) adde quod locis Ther. 501 *Χείρωνος ῥίζαν . . ., ἥν ποτε Χείρων . . . ἐφράσσατο* et Al. 130 *Δηοῦς μορόεν ποτόν, ᾧ ποτε Δηὼ | λαυκανίην ἔβρεξεν* nomen proprium in enuntiato primario positum in relativo iteratur. quibus locis simillimi sunt vv. Al. 100 *περσείης . . ., Περσεὺς ἥν ποτε . . . ἐνηέξησεν* et Ther. 388 *ἔντερα γῆς, οἷα τρέφει . . . αἶα.* adde locos Al. 149, 271, 525, 576, quibus substantiva, ad quae enuntiata relativa referenda sunt, *γαίης, καρύοιο, ζύμωμα, φρύνης* in enuntiatis primariis ipsis geminata vides (qui usus ab Ther. abest); cf. Krueger Di. § 57, 9, 1.

sunt: Ther. 38, 46,[1]) 49, 66, 68, 76, 103, 122, 196, 283, 411, 490, 532, 536, 537, 560, 566, 568, 579, 611, 627, 633, 679, 725, 738, 740, 759, 787, 799, 802, 807, 811, 813, 854, 865, Al. 5, 13, 21, 47, 109, 403, 424, 429, 472, 490, 519, 525, 538, 559, 568, 576, 597, nonnumquam aoristi qui vocatur gnomici: Ther. 74, 463, 552, 607, 681, 734, 760, 858, 880, 887, Al. 51, 75, 149, 156, 235, 254, 398, 413, 466, 539 — quibus addam Ther. 168 et Al. 271, ubi aoristi gnomici loco imperfectum *ἔτρεφεν* legitur —, rarius perfecti: Ther. 64, 268, 459, 747, 819, Al. 280, 376, 589. quodsi argumenta locorum, quos modo adtulimus, respicimus, longe plurimis (XXII Ther., XI Al.) de figura et colore bestiarum herbarumque, virtutibus ac vitiis plantarum, vi venenorum aliisque id genus rebus exponitur: Ther. 38, 46, 64, 68, 74, 76, 168, 532, 536, 552, 679, 681, 725, 734, 740, 747, 799, 807, 854, 858, 865, 880, Al. 5, 75, 109, 156, 254, 280, 376, 398, 424, 539, 597; nonnumquam (novies in Ther., quinquies in Al.) de natura ferarum venenatarum aliarumque agitur: Ther. 196, 283, 568, 611, 760, 787, 802, 813, 819, Al. 413, 472, 559, 568, 576 (adde v. Al. 519, qui de salinatoris labore cotidiano est) neque raro (novies in Ther., octies in Al.) de regionibus, in quibus herbae bestiaeve quaedam inveniuntur: Ther. 66, 122, 459, 560, 566, 607, 633, 759, 887, Al. 13, 51, 149, 235, 271, 403, 466, 589; aliquotiens (novies in Ther., sexies in Al.) singularum plantarum vel ferarum nomina adferuntur: Ther. 49, 103, 411, 463, 490, 537, 579, 627, 738, Al. 21, 47, 429, 490,[2]) 525, 538.[3]) Ther. 268 res, quacum altera comparatur, accuratius describitur ita, ut enuntiatum relativum fere in vim enuntiationis comparativae transeat. Ther. 811 enuntiato relativo *ἃ μήδεται* eadem fere continentur quae verbis *ἔργα δλοοῦ σφηκός* significare possis (cf. Ther. 715). rarissime tantum coniunctivus legitur vel aoristi Ther. 276, 336, 495 (adde vv. Ther. 731 et 763, ubi relativum *ὅστις*[4]) legitur) vel praesentis Ther. 832,[5]) ab Al. autem eiusmodi loci plane absunt. qui loci enuntiatis condicionalibus respondent, in

---

[1]) quo loco praesenti *σελάσσεται* aoristus gnomicus *ἔσβεσε* succedit.

[2]) utrumque locum (Al. 429 et 490) ad eandem rationem conformatum esse videmus.

[3]) ex his locis non pauci (Ther. 411, 463, 537, 579, 627, 738, Al. 21, 47, 538) ita sunt comparati, ut alterum, quo bestia herbave aliqua significatur, nomen adnotetur, de quo usu cf. O. Schneider prolegg. p. 196.

[4]) his Ther. locis solis *ὅστις* legitur ita, ut primo primum, altero quintum pedem obtineat. de loco Al. 443 *ὅσσα σὺ μὴ δείδιχθι* cf. quae postea exponam.

[5]) Ther. 276 ad praesens *ἐπιόσσεται* pertinet, quod verbum Nicander ab Apoll. Rhod. II 28 *ἐπὶ δ' ὅσσεται οἰόθεν οἶος* (cf. *P* 381) mutuatus est, 336 a futuro dependet, quod de Ther. 495 quoque valet, quo loco *ἀλθήσῃ* vim potentialem fere induit (cf. scholiastae verba: *ἀλθήσῃ γὰρ λέγει ἀντὶ τοῦ θεραπεύσειας* et Al. 614). quodsi quis collatis locis Ther. 587 et Al. 395 hic quoque futurum statuere malit, hoc eo refellitur quod Nicander futurum in enuntiatis relativis non adhibuit. denique observes quaeso Ther. 832 *δενδρείου τό τε πολλὸν ἀγαυρότατον θαλέθησι* in enuntiato relativo vim concessivam inesse.

quibus *εἰ* vel *ἥν* cum coniunctivo coniungitur, vel temporalibus, quae a voculis *ὅτε*, *ὅταν*, *ὁπότε*, *ὁπόταν* incipientia cum coniunctivo construuntur, quod in primis valet de locis Ther. 276 *ἐπιόσσεται, οἷσι κεράστης | οὐλόμενος κακοεργὸν ἐνιχραύσῃ κυνόδοντα* et 336 *ἵξεται αἶσα, | οἷσιν ἐνισκίμψῃ βλοσυρὸν δάκος* cum Ther. 777 *ὁππότε γυῖον ἀράξῃ, | φρῖκας ἐπιπροΐῃσι*, 139, 180, 271, 424 comparatis neque minus de locis Ther. 731 *φέρει . . . νύχμα, | ὅντινα γυιώσῃ*[1]) et 763 *φαείνεται, ὅστις ἐπαύρῃ*, quibus *ὅντινα* et *ὅστις* eandem atque *εἴ τινα* et *εἴ τις* vim habent. neque plus duobus locis Ther. 85 et Al. 613 optativus aoristi invenitur illo, ut videtur, imperativi[2]) vice fungens, hoc vi potentiali[3]) instructus. iam si quaerimus, ad quae enuntiati primarii membra enuntiata relativa pertineant, invenimus longe plurimis (LVI Ther.,[4]) XXXX Al.[5])) locis ea ad substantiva,[6]) quae enuntiatis relativis praecedunt,[7]) referenda esse. hi loci magna ex parte ita sunt comparati, ut substantivum vel adiectivum ex eo aptum atque pronomen relativum statim inter se excipiant, cuius generis XXXVI Ther.,[8]) XXIII Al.[9]) loci sunt. atque ut de singulis rebus quae memorabilia esse videntur adnotemus, Ther. 490, 579, Al. 21 pronomen relativum, quod ad genus[10]) pertinet, non cum

---

[1]) sic exhibent melioris notae liber M aliique codices; in reliquis (in *Π* hic versus deest) futurum *γυιώσει* extat, quod nescio qua de causa O. Schneider recepit. recte enim, ut videtur, I. G. Schneider et Lehrs *γυιώσῃ* comprobaverunt, quod cum versu Ther. 763 collatisque, quos supra adtulimus, locis tum eo confirmatur, quod nusquam apud Nicandrum in generis relativi enuntiatis futurum invenitur.

[2]) quod enuntiatum idem valet atque *σιλφίου ῥίζαν κνηστῆρος ὀδοῦσι κατατρίψειας;* cf. locum simillimum Al. 308.

[3]) hoc loco, quem ab Nicandro O. Schneider p. 158 abiudicavit, idem pro *ἥν τε* coniecit *ἥν κε*, quod non probo; cf. Witting p. 51.

[4]) Ther. 38, 46, 49, 64, 66, 68, 74, 76, 85, 103, 122, 196, 268, 283, 353, 411, 439, 459, 463, 490, 501, 532, 536, 537, 552, 560, 566, 568, 579, 607, 611, 613, 627, 633, 672, 679, 681, 685, 725, 734, 738, 740, 747, 760, 787, 802, 807, 813, 832, 854, 858, 865, 880, 887, 903, 958.

[5]) Al. 2, 13, 21, 47, 51, 75, 100, 109, 130, 149, 150, 156, 172, 200, 235, 254, 271, 273, 280, 376, 398, 403, 406, 413, 424, 446, 466, 472, 519, 525, 538, 539, 559, 560, 568, 576, 589, 597, 605, 613.

[6]) duobus locis Ther. 819 et Al. 5 pro substantivorum genetivis, a quibus enuntiata relativa apta sunt, adiectiva adhibentur; cf. app. V s. v. *σαλαμάνδρειος*.

[7]) ita ut bis tantum correlatio fiat pronomine *κεῖνος* adhibito: Al. 235 *κεῖνο φυτὸν Κρήτηθεν, ὃ δή ῥ' ἐκόμισσαν ἄναυροι* et 525 *κεῖνο κακὸν ζύμωμα, τὸ δή ῥ' ὑδέουσι μύκητας*.

[8]) Ther. 38, 46, 64, 66, 68, 74, 76, 103, 196, 353, 439, 532, 536, 537, 560, 566, 579, 607, 611, 627, 633, 679, 681, 685, 738, 740, 747, 787, 807, 813, 832, 858, 865, 880, 887, 903.

[9]) Al. 13, 47, 51, 130, 149, 150, 156, 172, 254, 271, 376, 406, 413, 424, 446, 472, 525, 538, 560, 568, 576, 597, 613.

[10]) generis mutatio Ther. 168 *τῆς μῆκος μέν, ὃ κύντατον ἔτρεφεν αἶα* et 679 *ἔρνος, ἥ θ' Ὑπεριονίδαο κελεύθους τεκμαίρει* invenitur, de quo dicendi genere cf. Kuehner II 51 adn. 3 et O. Schneider prolegg. p. 88.

substantivo, ad quod refertur, sed cum accusativo praedicativo congruere [1]) videmus. adde quod Ther. 802 *μάστακι . . . ἐναλίγκια, τοί θ' ὑπὲρ ἄκρων | ἱπτάμενοι ἀθέρων . . . στάχυν ἐκβόσκονται* (de quo loco cf. I. G. Schneider cur. post. p. 266) et Al. 446 *μελίσσης . . . Ὑμησσίδος, αἵ τ' ἀπὸ μόσχου | σκήνεος ἐξεγένοντο* oratio a collectivo singulari in enuntiato relativo ad pluralem transit.[2]) uno tantum loco (Ther. 759) substantivum in enuntiato relativo ipso[3]) legitur: *φράζεο δ' Αἰγύπτοιο τά τε τρέφει οὐλοὸς αἶα | κνώδαλα*, quo loco praeterea illud observari potest pronomen relativum genetivo *Αἰγύπτοιο*, qui ad enuntiationem relativam pertinet, postpositum non primam enuntiati relativi sedem obtinere, quod de loco Al. 21 *τεύχεος ἣν κραδίην . . . κλείουσι* quoque valet neque minus de locis Ther. 811 et Al. 100, quibus enuntiati relativi subiectum pronomini relativo praecedere videmus. accedunt loci Ther. 168, ubi relativum a pronomine demonstrativo *τῆς* pendet, et Ther. 495, quo relativum ab adiectivo *πάντα* aptum est. his igitur locis perlustratis iam pauca restant relativi generis enuntiata atque ea, quae vocabulo, ad quod referantur, carent: Ther. 276, 336,[4]) 799, 811,[5]) Al. 429, 490.

Quod autem ad ipsa pronomina relativa adtinet, longe plurimis (XXXXVIII Ther., XXX Al.) locis *ὅς, ἥ, ὅ* usurpatur, rarius (XV^ies^ in Ther., XII^ies^ in Al.) *ὅ, ἥ, τό*, quod ut adhiberet poeta, plerumque rationibus metricis adductus est, veluti ut modo hiatum vitaret: Ther. 66, 74, 411, 536, 566, 738, 759, 760, 802, 832, Al. 47, 51, 156, 271, 403, 406, 525, 589, modo syllabam produceret: Ther. 579 et Al. 539, modo brevi syllaba uteretur: Ther. 734 et 799.[6]) raro tantum eo locis, quibus metri lege non requiritur, usus est: Ther. 537, 958, Al. 149, 466, 519.[7]) bis (Ther. 725 et Al. 2) pronominis interrogativi formae *τεῦ* et *τέων* vi relativa adhibitae sunt, de quo usu exposuit O. Schneider prolegg. p. 157 et in ed. Callim. I p. 442.[8])

---

[1]) hi loci ei generi adnumerandi sunt, quo nomina adferri p. 63 diximus; contraria autem ratio conspicua est locis Al. 429 et 490: *καὶ ἣν Πέρσειον (Προμένειον) ἔπουσιν.*

[2]) quod valet quoque de loco Ther. 276 *ἐπιόσσεται, οἷσι κεράστης . . . ἐνιχραύσῃ κυνόδοντα*; cf. O. Schneideri adn. ad Ther. 201 et Kuehner II 50 α, qui hos Homeri versus adtulit: *μ* 97, *Ξ* 410, *τ* 40, *ν* 223.

[3]) de hoc substantivi transmutationis genere cf. Kuehner II 921 et 922; adde *B* 38.

[4]) utrique loco notionem condicionalem inesse supra (p. 64) vidimus, quod quoque Ther. 731 et 763, quibus locis item vocula correlativa non legitur, statuendum est.

[5]) de hoc loco vide p. 63.

[6]) his locis *ὅ* legitur. locos Homericos, quibus *ὅ* pro *ὅς* invenitur, E. Lammert 'de pronominibus relativis Homericis' p. 18 congessit.

[7]) hi loci ita sunt comparati, ut excepto Ther. 537, ubi *τήν* post caesuram semiquinariam legitur (compara Homericos id genus locos a Lammertio p. 17, b collatos), formae a littera *τ* incipientes post caesuram semiternariam extent; cf. *E* 747, *H* 239, *Ω* 449, *ε* 369, *ϑ* 373, *λ* 422, *τ* 82. hac in re Nicander Homerum secutus esse videtur.

[8]) cf. Brugmanni gramm. Graec.² p. 231 et O. Immisch Stud. Lips. VI 310.

Sequitur ut de particulis exponamus, quae cum pronominibus relativis coniunguntur. etenim saepissime voculis ὅς vel ὅ[1]) adiecta est particula τέ[2]) (XXXV locis in Ther., XXIII in Al.);[3]) accedunt praeterea: δή (Ther. 64, 734, 738, 740, 747, Al. 47), ῥά (Ther. 685 addito τέ, Al. 424), δή ῥα copulatae (Ther. 353, Al. 13, 235, 525, 589); adde Ther. 579 τὸ μὲν ἄρ καλέουσιν ἐχῖνον. deinde quibus potissimum versus locis pronomina relativa posita inveniantur exponam; qua in re notandum est saepissime (e locis CVII non minus XXXV[4]) huc pertinent) relativum post caesuram quam vocant bucolicam in quinto pede conspici; paulo minus frequenter (XXIIIies)[5]) in versus initio, XVIIIIies[6]) post caesuram trochaicam, XIIIies[7]) in pedis alterius arsi, XIies[8]) in pedis alterius thesi, raro tantum aliis versus locis (ter[9]) post caesuram semiquinariam, bis[10]) in pedis quarti arsi, semel[11]) in pedis quarti thesi) relativa collocata sunt.

Nonnumquam in enuntiatis relativis oratio bipartita reperitur atque ita, ut locis Ther. 46 et 560 relativum semel ponatur, Ther. 566 sqq., Al. 149 sq., 538 sq. vero iteretur. porro locis Ther. 552, 566, 813, 819, Al. 406 orationem ab enuntiatione relativa in absolutam transire videmus. eiusmodi autem locos, quibus ab altero alterum dependeat enuntiatum

---

[1]) quibus XX Ther. et XIIII Al. locis (Ther. 38, 49, 85, 168, 276, 336, 439, 490, 495, 501, 566, 607, 613, 633, 760, 787, 811, 865, 903, 958, Al. 2, 21, 100, 130, 149, 200, 271, 398, 429, 466, 490, 538, 539, 568) nullam particulam additam videmus.

[2]) de qua iunctura (ὅς τε vel ὅ τε) cf. E. Lammert p. 21 sqq. et Christ p. 53 sqq.

[3]) qui loci sunt: Ther. 46, 66, 68, 74, **76**, 103, 122, 196, 268, 283, 411, 459, 463, 532, 536, 537, **552**, 560, **568**, 611, **627**, 672, 679, 681, 725, 759, 799, 802, **807**, **813**, **819**, 832, 854, 880, 887, Al. 5, 51, 75, 109, 150, 156, **172**, 254, 273, 280, 376, 403, 406, 413, 446, 472, 519, 559, 560, 576, 597, 605, **613**; locis, quos litteris crassioribus significavi, ad τέ particula καί accedit (ὅς τε καί), quam loco Ther. 858 simplici relativo additam videmus.

[4]) qui sunt numero XXI in Ther.: 76, 103, 122, 268, 276, 411, 459, 463, 495, 501, 532, 560, 613, 681, 685, 725, 760, 802, 854, 858, 887, XIIII in Al.: 51, 75, 130, 150, 376, 403, 424, 446, 472, 538, 560, 568, 576, 597.

[5]) id genus loci in Ther. XVIIII (38, 46, 49, 68, 283, 336, 439, 490, 552, 568, 611, 627, 672, 679, 740, 807, 813, 819, 903), in Al. quattuor (172, 200, 273, 613) inveniuntur. et in hoc et in illo de quo modo verba fecimus genere plerumque ὅς τε conspicitur (Ther. 46, 68, 103, 122, 268, 283, 411, 459, 463, 532, 560, 611, 672, 679, 681, 725, 802, 854, 887, Al. 51, 75, 150, 273, 376, 403, 446, 472, 560, 576, 597) vel ὅς τε καί (Ther. 76, 552, 568, 627, 807, 813, 819, Al. 172, 613). adde locos Ther. 685, quo ὅρρα τε, et Al. 424, quo ὅρρα legitur.

[6]) XIies in Ther. (64, 66, 74, 168, 353, 536, 734, 738, 747, 759, 811), VIIIies in Al. (2, 13, 47, 235, 271, 280, 525, 589). his locis magna ex parte relativo adiciuntur particulae δή vel δή ῥα: Ther. 64, 353, 734, 738, 747, Al. 13, 47, 235, 525, 589.

[7]) ad id genus VI Ther. loci (85, 196, 607, 633, 787, 865), VII Al. (21, 100, 254, 398, 413, 559, 605) pertinent.

[8]) eiusmodi loci in Ther. quattuor (566, 799, 832, 958), in Al. septem (5, 109, 149, 156, 466, 519, 539) leguntur.

[9]) Ther. 537, 579, 880.

[10]) Al. 429 et 490.

[11]) Al. 406.

relativum, quod pronomine relativo inducitur, non observavimus, con inveniuntur loci ita comparati, ut ab relativa enuntiatione altera apta adverbio relativo (*ἵνα, ὅθι, ἔνθα* al.) instructa. de quibus mox agendum e

Nunc pauca addam de iis generis relativi enuntiatis, in quibus a iectiva relativa *ὅσος* (*ὅσσος*), *ὁσσάτιος*, *ὁπόσος*, *οἷος* (*τοῖος*) vel adverb relativa *ἔνθα, ἵνα, ὅθι* (*τόθι*) alia leguntur. atque in relativo *ὅσος* eisq quae cum eo cohaerent duplicem inesse notionem constat, quarum una a magnitudinem spectat definiendam — haec plerumque in singulari consp citur —, altera ad numerum comprehendendum pertinet — haec potiss mum in plurali invenitur. illius igitur generis pauca tantum observavim exempla: Ther. 170, 386,[1]) 570, huius multo plura: Ther. 390, 407,[2]) 49 701, 736, 822, 883, 890, 897, 899, 900, Al.[3]) 390, 491, 549. quod ad enu tiatorum id genus relativorum verba adtinet, excepto uno loco Ther. 736[4] *ὀπιπτεύει . . . καὶ ὅσσ' ἐπὶ δεσμὸν ἵκηται*, quo coniunctivus aoristi condi cionali notione instructus extat, ubique indicativus legitur vel praesenti Ther. 390, 407, 491, 570, 701, 822, 897, 900, Al. 390, 491 vel aoristi gno mici Ther. 170, 883, Al. 549 vel perfecti Ther. 890. loci Ther. 386 (cf adn. 1) et 899 (cf. p. 68 adn. 1) verbo finito carent. iam si quaeritur a qui bus notionibus ea enuntiata apta sint, perpaucis tantum locis (Ther. 170 *εὖρος*, Al. 549 *κώνοις*) substantiva praecedere videmus; uno loco Ther. 570 relativo (*ὁσσάτιόν περ*) correlativum (*τόσσον*) respondet.[5]) saepissime substantivum in enuntiato relativo[6]) ipso invenimus Ther. 390, 407, 491, 701,[7])

---

[1]) hoc loco O. Schneider *στειλειόν* ex *Π* recepit (in ceteris *στειλειῆς* legitur). sed cum constructio contorta sit, vide num *στειλειόν* in *στειλειοῦ* mutandum sit, ut huius loci structura respondeat ei quae in v. Ther. 170 conspicitur: *ἐπεὶ σκυτάλης μὲν πάχετος τέτυκται, ὅσον* (*τέτυκται*) *στειλειοῦ σμινύοιο.*

[2]) ubi, quod coniecit Bernard, *φῦλα νομάζεται* non minus propter sensum quam artem metricam probandum videtur; cf. quae Beneke p. 37 disputavit. neque hoc loco alienum esse videtur exponere quibus locis Nicander in tertio pede ante caesuram elisionem admiserit. qui sane perpauci sunt; nam quinque tantum locos eosque ex Ther. solis notavi, de quorum uno (in v. 407) modo exposuimus, ceteri sunt in vv. 84, 305, 461, 654; in Al. ne unus quidem conspicitur. quae cum ita sint, O. Schneider iniuria locis Ther. 446 (de quo cf. p. 57 adn. 2) et 632, ubi pro tradita scriptura *φιλέταιριν φιλεταιρίδ'* coniecit, poetae elisiones obtrusisse videtur.

[3]) in Ther. XIIII, in Al. non plus tria enuntiata pronomine *ὅσος* vel similibus instructa extant.

[4]) nisi forte quis collatis locis Ther. 731 et 763, quibus *ὅστις* cum coniunctivo coniungitur, hoc quoque loco *ὅσσα . . . ἵκηται* legere mavult.

[5]) similem responsionem invenies *Γ* 12, *Ε* 786, *Φ* 371, *δ* 356 al. ceterum hic locus ob eam quoque rem memorabilis est, quod *ὁσσάτιόν περ* adverbii loco positum est. similis res est in locis Ther. 526 et 581, de quibus mox agetur.

[6]) cf. Kuehner II 921 sqq.

[7]) hoc loco in enuntiato primario adiectivum tantum substantivi, ad quod enuntiatum relativum pertinet, contra substantivum ipsum in enuntiato relativo legitur; cf. Kuehner II 924 c.

890, 897, 899,[1]) 900,[2]) Al. 390, nonnullis autem locis vocabulum, ad quod enuntiatum relativum referatur, non extat, sive ex antecedentibus substantivum supplendum est (veluti Al. 489 sqq., quo loco ex eis quae antecedunt mente intellegendum est *καὶ τῶν ἄλλων σιδῶν, ὅσαι* . . .) sive enuntiatione relativa pronomine *ὅσα* vel *ὅσσα* instructa notio quaedam pluribus verbis explicatur (Ther. 736, 822, 883). de formis vero eiusmodi relativorum haec addam: *ὅσος*[3]) legitur Ther. 386, 526, 701, 822, 883, 897, 900, Al. 491, 549, *ὅσσος*[4]) Ther. 170, 407, 491, 581, 736, 890, 899, Al. 390, *ὁπόσος*[5]) Ther. 390, *ὁσσάτιος*[6]) Ther. 570. neque de particulis, quas Nicander cum *ὅσος* ceterisque eiusmodi pronominibus coniunxit, plura quae exponam habeo; nam raro tantum (Ther. 170, 407, 581) particulam *τέ* addidit eamque relativo *ὅσσος*, semel (Ther. 570) Apollonii usum secutus *πέρ* adiecit.

Restat ut pauca de locis Ther. 526[7]) et 581[8]) addam. etenim utroque loco *ὅσον* et *ὅσσον τε* verbo finito non addito in notionem adverbii *σχεδόν* abiit. qui usus iam in Odyssia conspicitur: cf. *ι* 325, *κ* 167, 517 (*λ* 25),[9]) *ν* 114. ac simili modo Nicander Ther. 525 *οἷόν τε* adhibuit; cf. p. 58 adn. 3.

---

[1]) de quo loco recte dicit O. Schneider (ad v. 900): 'ad *ὅσα* vs. 899 subintelligendum *σπερμεῖα δέξει*.'

[2]) hoc loco item collocatio notanda est; nam pro *ἠδὲ λεπτὸν σπερμεῖον, ὅσον ἴα δέξει*, quod expectamus, legitur: *ἠδ' ἴα λεπτὸν ὅσον σπερμεῖον δέξει.* singularem *ὅσον* O. Schneider restituit, G *ὅσα* exhibet, reliqui *δεί. ὅσον* h. l. non multum ab *ὅ* differt.

[3]) quod modo in thesi pedis alterius Ther. 822, quarti 701, quinti 883 et 897 extat, modo post caesuram trochaicam Ther. 386, 900, Al. 491, 549, semel Ther. 526 post primum trochaeum.

[4]) quod in arsi vel pedis primi (Ther. 170, 890, 899, Al. 390) vel alterius (Ther. 407) vel tertii (Ther. 491) vel quarti (Ther. 736) legitur. adde quod Ther. 581 *ὅσσον τε* ante caesuram trochaicam invenitur.

[5]) post caesuram semiquinariam.

[6]) quam formam habes *E* 758, deinde apud Apoll. Rhod. I 372 et 467 sq., qui loci Nicandro ante oculos obversati esse videntur, id quod ex eo colligi potest, quod Nicander eodem modo atque Apollonius pronomen *ὁσσάτιος* et particula *πέρ* instruxit et pro adverbio adhibuit et in versu ultimo posuit.

[7]) *ἔνθα κολούσας* | *σπέρμαθ' ὅσον κύμβοιο τραπεζήεντος ἑλέσθαι*, quo loco genetivus *κύμβοιο τραπεζήεντος* mensuram significat, ita ut accusativi praedicativi (i. e. adiectivi) locum obtineat; cf. Kuehner II 34, 3.

[8]) *ὧν ἀπερύσσας* | *δραχμάων ὅσσον τε δύω καταβάλλεο μοίρας*, qui locus simillimus est versui *ι* 325 supra adlato: nam Homerico *ὄργυιαν* respondet *δραχμάων δύω μοίρας* (vide scholiastae verba: *δραχμάων δὲ ὅσσον τε δύω μοίρας ἀντὶ τοῦ δύο δραχμάς* atque cf. locum simillimum Ther. 600 *δραχμάων δὲ δύω σμύρνης ἐχεπευκέος ἄχθη* paremque usum substantivorum *ἄχθος* Ther. 604, Al. 327, 601, *βάρος* Ther. 572, 655, 710, Al. 148, 488, *βρῖθος* Ther. 102 et 712). praeter hunc locum *μοῖρα* eodem atque *βάρος, ἄχθος* al. sensu (ita ut non pars, sed pondus eo significetur) positum esse videtur Ther. 44 *ἰσοαχθέα μοῖραν* (collato loco Ther. 646), quod in vocem *μοιρίδα* quoque cadit Al. 329, de quo loco cf. O. Schneideri adn.

[9]) adde similem locum Arati 896 *ἀλλ' ὅσσον τε μάλιστα πυγούσιον οἰίσασθαι.*

Alterum autem generis relativi adiectivum *οἷος*, cuius loco, quod per raro apud alios poetas fieri videtur, Al. 232 demonstrativum *τοῖος* legitur idque in pede quinto ratione metrica postulatum, Nicander ita adhibuit ut vel naturam indolemque rerum definiret vel comparationem induceret ad hoc genus spectant loci Ther. 175, 323, 533, Al. 147, 358, ad illud Ther. 217, 388, Al. 232, 290. quibus in enuntiatis si verbum extat, indicativus vel praesentis (Ther. 217, 388, Al. 232, 290, 358) vel aoristi gnomici (Ther. 175) est. hae enuntiationes a substantivis, ad quae numquam correlativum *τοῖος* accedit, aptae sunt. quae aut praecedunt (Ther. 217,[1]) 388,[2]) Al. 232, 290[3])), aut in enuntiatis relativis ipsis conspiciuntur (Ther. 175,[4]) Al. 358[5])). nonnunquam autem verbum deest[6]) (Ther. 323,[7]) 533, Al. 147), qui loci iis respondent, quibus *οἷα* vel *οἷον* verbo non addito le-

---

[1]) hoc loco *οἷα*, quod nunc subiectum est, mox est pro obiecto (cf. O. Schneideri adn. ad Al. 289), ut enuntiatum relativum bipartitum sit; similis res est in v. Ther. 175.

[2]) in hoc versu notanda est inversa quam vocant adtractio, cf. p. 22 adn. 3. neque omittendum est notionem verbi *γῆς* in enuntiato relativo vocula *αἷα* posita iterari; cf. p. 62 adn. 5. praeterea hoc loco I. Hilberg 'Das Gesetz der trochäischen Wortformen' p. 15 sq. ob rationem metricam collato v. 390 *ὁπόσα* coniecit.

[3]) ubi O. Schneider e libri *Π* scriptura *οἵοης* restituit *οἵοις*, reliqui codices *οἷος* exhibent, Bentleius *ἦμος* coniecit. mihi lectio vulgata *οἷος* genuina recteque a scholiasta (qui haec adscripsit: *ἢ ὁποῖος ῥόχθος ἐπηχεῖ ταῖς σπιλάσιν*) explicata esse videtur; nam si numero mutato (*ῥόχθοισι . . . οἷος*) offendaris, conferas velim locos similiter comparatos Ther. 276, 802, Al. 446 et ea quae Kuehner II 50 *β* disputavit, quamquam locis ab eo adlatis *ὅς* vel *ὅστις*, non *οἷος* legitur.

[4]) hoc loco pronomini relativo sat multa enuntiati relativi verba praecedunt: *μελαινομένην* (sic recte ut videtur O. Schneider scripsit, libri *μελαινομένῃ* praebent) *ὑπὸ βώλῳ* | *Αἰθιόπων οἵην τε . . . Νεῖλος . . . κατέχευεν ἄσιν*. qui locus etiam ideo memorabilis est, quod oratio relativa in absolutam transit: nam *προὔτυψε πόντῳ* non transitivum (ad *ἄσιν* referendum), sed intransitivum esse videtur collatis locis *N* 136, *O* 306, *P* 262, *ω* 319, Apoll. Rhod. I 953, III 1396, Nic. Al. 499 al.

[5]) hoc loco, ubi verba sic construenda sunt: *οὔθατα ἀνακρούουσα χύσιν βράσσει*, *μοσχηδόν* quod praecedit accuratius explicatur, ita ut comparatio existat. similis est res in v. Ther. 175. conferri possunt loci Homerici relativo *οἷος* instructi, quibus res, quacum altera componitur, describitur: *Η* 208 *Αἴας . . . σεύατ' ἔπειθ', οἷός τε πελώριος ἔρχεται Ἄρης*, *Ε* 864, *Ζ* 146, *Λ* 62, *Ν* 298.

[6]) qui loci ita explicari solent, ut verbum enuntiati primarii suppleatur, veluti Al. 147 *πόη γε μὲν ὕψι τέθηλεν* | *οἵη περ μολόθουρος* (intellege *τέθηλεν*). porro observes genetivum *ἑρπύλλοιο* Ther. 533 *ἤ τε . . . οἵας θ' ἑρπύλλοιο ῥάδικας ἀέξει*, h. e. *τοιαύτας ῥάδικας οἵας ἕρπυλλος ἀέξει*. hic versus simillimus est locis Ther. 525 et 510.

[7]) hunc locum (*ἡ δέ νυ . . . τέρφει*) falso interpretatus est scholiasta, qui haec adscripsit: *τοῦ γὰρ τῆς δάπιδος χρώματος μὴ ὡρισμένου ὁμοιοῦται αὐτὴν τῇ σηπεδόνι κατὰ χροιάν*. ego vocabulum *χροιή* hoc loco non colorem, sed cutis habitum significare puto; cf. Ther. 262, 428, 859 al. quam ob rem verba sic construenda esse censeo: *ἡ δέ νυ χροιὴ* (*τοιαύτη* h. e. *οὕτω λασίη*) *οἵη . . .*

gitur (cf. p. 56 sqq.). ad οἷος saepius particulae accedunt τέ[1]) (Ther. 175, 533, Al. 358) et πέρ[2]) (Ther. 323, Al. 147, 232); raro relativum nude ponitur (Ther. 217, 388, Al. 290). denique observes quaeso οἷος (de τοῖος iam supra exposui) plerumque primum pedem (Ther. 217, 323, 533, Al. 147, 290, 358) occupare. adde quod Ther. 175 οἵην τε ante caesuram trochaicam, 388 οἷα post caesuram semiquinariam legitur.

Restat ut de adverbiorum relativorum, quae ad locum spectant, usu exponamus. in quibus tractandis litterarum ordinem sequemur. ἔνθα igitur in Ther. quater adhibetur (198, 285, 418, 609) atque in primo pede, bis in Al. ita, ut particula τέ addita[3]) quintum obtineat pedem: 104 et 507. ᾗ autem Ther. 889 vocula πέρ instructum in principio versus extat, Al. 78 nulla particula addita pedis quarti arsim occupat. porro ἧχι addita vocula τέ bis in Al. invenitur, uno loco (in v. 7) in quinto, altero (in v. 302) in pede altero; abest a Theriacis. ἵνα[4]) sat multis Ther. locis (29, 149, 461, 499, 669, 752, 795, 846, 871), uno tantum Al. (505) legitur. ὅθι, ad quod iam accedimus, Ther. 27 et Al. 23 in secundi, Al. 103 in pedis quarti thesi invenitur; saepius vero in eius locum forma demonstrativa τόθι[5]) successit: Ther. 462, 634, Al. 9, 14, 123, 270, 590. neque vero ad ἵνα vel ὅθι (τόθι), quae adverbia saepissime conspiciuntur, ullam particulam accedere videmus excepto loco Ther. 669 ἵνα θ' ἵππου λειμῶνες (cf. Υ 478, δ 85 atque Ameisii append. ad h. l.). enuntiata autem adverbiis illis inducta, quae exceptis locis Ther. 149 et Al. 505[6]) indicativo instruuntur vel praesentis (Ther. 27, 29, 198, 499, 609, 634, 752, 846,

---

1) cf. *Η* 208, *Ρ* 157, η 106, φ 173.

2) cf. *Ζ* 146.

3) cf. *Β* 594, ν 107 et Ameisii append. ad θ 363.

4) quod adverbium modo in pedis alterius thesi (Ther. 752, 795, 871), modo ita collocatur, ut post primum trochaeum extet syllaba να ante ζ vel mutam cum liquida producta (Ther. 461, 499, Al. 505). bis in pedis quinti thesi ponitur post particulam ἠδέ (Ther. 29 et 669), semel post caesuram trochaicam (ἵν') Ther. 846 et in pedis quarti thesi Ther. 149.

5) quae plerumque ratione metrica exigitur, veluti Ther. 462, 634, Al. 14, 123, 270. quod tamen vv. Ther. 27 ἐνὶ βήσσης | ἐσχατιῇ, ὅθι, *Β* 722, 861, α 50 collatis in locos Al. 9 αὐτὰρ ἐγώ, τόθι et 590 λίμνῃ | οἰκείῃ, τόθι cadere non videtur. praeterea τόθι relativa notione instructum hic illic invenitur: h. Hom. XVIIII 25, Theocr. XXII 199 (cf. Hermannum ad Orph. Argon. 631). quod autem ad versus locum adtinet, quo τόθι relative adhibetur, saepissime illa vocula in pedis alterius thesi legitur (Al. 9, 14, 123, 270, 590), semel in pedis quarti thesi (Ther. 634), semel denique (Ther. 462) post caesuram trochaicam.

6) nam his locis vi condicionali instructis coniunctivus aoristi legitur. quorum uno Ther. 149 αἰὲν ἐειδόμενος χώρῳ, ἵνα (cf. Ther. 499) χηραμὰ τεύξῃ codices variant; solus enim *Π* τεύξῃ praebet, reliqui τεύχει (M) vel τεύχῃ exhibent, quorum illud I. G. Schneider et Lehrs receperunt; nos vero collato loco Al. 505 τὰς μὲν ἵνα πρώτιστον ὀχλιζόμενος ῥόος ὤσῃ — ubi ἵνα idem atque οἷ ('quo') valet, cf. δ 821, ζ 55, τ 20 — cum O. Schneidero Parisiaci scripturam τεύξῃ amplecti minime dubitamus.

871, 889, Al. 23, 78, 270, 507, 590)[1]) vel aoristi gnomici[2]) (Ther. 418 e 795) vel perfecti (Al. 14) vel aoristi narrativi (Al. 9, 103, 104, 302),[3] magna ex parte ad substantivum quoddam, quod praecedit, plerumqu locali notione instructum pertinent: Ther. 27, 149,[4]) 198,[5]) 285,[6]) 461,[7] 499, 609, 634, 795, 846, 871,[8]) 889, Al. 7, 14, 23, 103, 104, 123, 270 302, 507, 590. multo paucioribus autem locis substantivum deest, ita u enuntiatum adverbio relativo incohatum in substantivi vi locali praedit

---

[1]) quibus addendi sunt ii loci, ubi ἐστίν (εἰσίν) per ellipsim supplendum esse videtur Ther. 461, 462, 669, Al. 7, 14, quo loco ad χάσμα . . . Εὐβουλῆος intellegendum est ἐστί non δέδουπε, in quo verbo corruendi vis inest (cf. Al. 383 et 447) minime huic loco apta

[2]) cuius loco Ther. 285 (ἔχεσκεν) et Al. 123 (ἕζετο) imperfectum legitur.

[3]) hi loci ad id dicendi genus referendi sunt, de quo p. 47 verba fecimus.

[4]) hoc loco et Ther. 499 ἵνα ad χώρῳ spectat.

[5]) ubi enuntiatum ab ἔνθα incipiens bipartitum est; cf. Ther. 418, 634, Al. 14 adde quod Al. 302 sqq. a relativa oratione (ἧχι) ad absolutam (ἡ δέ) transitur.

[6]) hoc loco O. Schneider ἔνθα demonstrative usurpatum esse statuit, id quod loc Ther. 609 quoque fecit maiore distinctione posita. I. G. Schneider, quem secutus est Lehr adverbium ἔνθα particula non instructum omnibus locis (Ther. 198, 285, 418, 609) pro de monstrativo accepit; sed meo quidem iudicio his locis omnibus relativum statuendum es

[7]) hunc locum O. Schneider interpunctione vulgata βέβληνται ἑκὰς Ῥησκ. Ἥρης, Ἕβρος ἵνα . . . sublata sic construxit: βέβληνται ἑκάς, Ῥησκ. Ἥρης | Ἕβρος ἵνα . . . hi verbis adiectis (cf. prolegg. p. 144): 'nam plane ineptum est loci cuiusdam situm ita definire ut nominetur regio a qua ille procul distet.' sed non desunt quibus in hac interpunction offendamur. displicet enim quod tum ἵνα non habet unde pendeat, displicent non minu plura enuntiati relativi verba voculae ἵνα praemissa (singula sane verba saepius praeposit videmus). quid autem si accipimus hoc loco ἑκάς non 'procul', sed 'contra' vel 'adversu significare (cf. similem usum adverbiorum ἐκτός, ἔσω aliorum), ut verba sic interpreta liceat: 'insulae, quae in sinu Thracico contra Rhescynthidis Iunonis fanum sitae sunt'?

[8]) is locus (869—871) ante O. Schneiderum sic edebatur: σὺν καὶ ἀκανθοβόλος χαίτ νεαλεῖς τ' ὀρόβακχοι· | σίδης δ' (ita I. G. Schneider cum plerisque libris, θ' Lehrs cu nonnullis deterioris notae codicibus scripsit) ὑσγινόεντας ἐπιμύοντας ὀλόσχους | αὐχενίου ἵνα . . ., ita ut cum scholiis (νοεῖται ἔξωθεν τὸ λάβε ἵν' ᾖ· λάβε τοὺς ὀλόσχους, τοὺς αὐχε νίους τῆς σίδης) λάβε supplendum esset. O. Schneider autem scriptura Parisiaci Π voculа δέ omittentis probata et Hesychii glossa ὀροβάκχη . . . οἱ δὲ τῆς ῥοιᾶς τοὺς καρποὺς co lata locum sic constituit: σὺν καὶ . . . νεαλεῖς τ' ὀρόβακχοι | σίδης, ὑσγινόεντας ἐπιμύον τας ὀλόσχους | αὐχενίους ἵνα λεπτὰ πέριξ ἐνερεύθεται ἄνθη. qua in structura non unu displicet; nam moleste ferimus tot voces adverbio relativo praemitti atque accusativos ὑσγινό εντας . . . αὐχενίους tam longo intervallo a praepositione πέριξ, ad quam eos pertiner statuit O. Schneider, dirimi. adde quod apud Nicandrum excepto loco dubio Ther. 80 ἄνδρα πέριξ σίμβλοιο πονεύμενον, quo πέριξ cum genetivo iungitur in libris Π V — han scripturam probavit O. Schneider, reliqui dativum σίμβλοισι praebent, quem I. G. Schneide Lehrs alii receperunt vi locali instructum, quo accepto πέριξ hoc quoque loco adverbiu esset —, πέριξ ubique adverbium est, non praepositio (cf. Ther. 90, 252, 317, 456, 641, 92 Al. 509, ex quibus huic de quo agimus loco simillimus est Ther. 641 ὀλίγῳ δὲ πέριξ κα χαίνεται ἄνθει). quae cum ita sint, nos quidem neglecta libri Π lectione revertimur a scripturam vulgatam: σίδης δ' . . . ὀλόσχους | αὐχενίους, ἵνα . . . subitum transitum a cas primo ad quartum, in quo quam maxime cum alii tum I. G. Schneider offenderunt, loc Ther. 65 et 797 collatis excusantes.

locum subeat: Ther. 29, 418, 669, Al. 9, 78, 505. adde quod Ther. 462 τόθι Ζηρύνθιον ἄντρον enuntiato relativo 461 Ἕβρος ἵνα ... adiunctum[1]) esse videtur, nec non Ther. 752 χειροδρόποι δ' ἵνα[2]) φῶτες ... λέγονται ... ἵνα ad sequens correlativum[3]) ἐνθάδε pertinet. iam illud observandum est saepe talibus locis duplicem[4]) inesse loci significationem, unam in substantivo ipso, a quo enuntiatum relativum aptum videmus, positam, alteram[5]) in enuntiato relativo conspicuam, ita ut hac illa clarius accuratiusque definiatur. cuius modi loci sunt: Ther. 27, 198, 499, 634, 795, 846, Al. 103,[6]) 123,[7]) 270,[8]) 507, 590. denique ab hoc loco alienum non esse videtur paucis eos locos perstringere, quibus ἔνθα, ἔνθεν, τόθι vi demonstrativa, non relativa instructa leguntur. ἔνθα[9]) igitur demonstrative ponitur Ther.

---

[1]) contra loco Al. 103 sqq. uni enuntiato μύκης ὅθι κάππεσεν ἅρπης | ἄκρον ὑπὸ πρηῶνα Μελανθίδος alterum ἔνθα τε νύμφη ... subiunctum esse videtur, quae verba non ut v. 103 sq. ad Μυκηναίησιν ἀρούραις, sed ad πρηῶνα Μελανθίδος referenda esse veri simile est. nam gladii capulus sub montem Melanthidis nymphae sacri cecidit, quae Perseo Langiam fontem monstravit. neque paucos observavimus locos, quibus enuntiata adverbiis relativis incohata enuntiatis secundariis sive relativis sive temporalibus subiuncta videmus, veluti Ther. 27, 29, 198, 285, 418, 461/2, 609, 634, 889, Al. 14, 590.

[2]) quo loco adverbio relativo substantivum χειροδρόποι praecedere videmus. praeterea locis Ther. 461, Al. 103, 270, 302 singula substantiva adverbiis relativis praemissa conspiciuntur. adde locum Al. 505 τὰς μὲν ἵνα ... ῥόος ὤσῃ, quo ἵνα post τὰς μέν collocatum habes.

[3]) similem responsionem α 425/6 invenimus. de vocula ἐνθάδε, cuius loco O. Schneider ἔνθα δέ in textu posuit, cf. p. 24.

[4]) is usus iam apud Homerum extat; cf. Θ 83.

[5]) quae modo substantivo praepositione instructo (Ther. 499, 795, Al. 103, 123, 590) modo verbi obiecto (Ther. 27, 634, 846, Al. 270, 507) modo alia orationis parte (Ther. 198 ἐπίκριοι) efficitur. similiter autem etiam iis locis, qui substantivis ad quae referantur carent, nonnumquam substantiva inveniuntur vi locali instructa, velut Ther. 29 et 418; qui usus iam apud Homerum conspicuus est, cf. Π 481, α 425, ϑ 313, ν 284, ξ 532 al. fortasse propter hunc usum ipsum Al. 11, ubi O. Schneider libri G aliorumque lectionem ἑζόμενος in textu posuit (cf. eius adn.), scriptura libro M aliisque tradita ἑζόμενοι, quam aliis de causis I. G. Schneider (Al. p. 83, Ther. p. 6) probavit et Lehrs recepit, restituenda erit.

[6]) quo loco mihi quidem editores falso post κάππεσεν ἅρπης interpunxisse videntur; nam ἄκρον ὑπὸ πρηῶνα Μελ. ex usu supra observato ad enuntiatum relativo ὅθι instructum pertinet.

[7]) ubi O. Schneider interpunctionem vulgatam θώρηκος, τόθι ita mutavit, ut post ἀνῖαι distinctionem poneret, sed falso, ut videtur. neque enim est, cur non περιψαύουσι cum genetivo θώρηκος, qui deinde voculis ὑπὲρ κύτος γαστρός illustratur, coniungamus. vide quae Thuc. II 48, 2 de pestilentia dicit: ἥψατο τῶν ἀνθρώπων.

[8]) hoc loco verba δυσλεπέος καρύοιο ab enuntiato relativo, quod particula τόθι inducitur, seiungenda esse videntur ita, ut ad καρύοιο λαχυφλοίοιο adpositionis loco pertineant; cf. p. 62 adn. 5. editores vero δυσλεπέος καρύοιο ad enuntiatum relativum νείαιραν τόθι ... rettulerunt.

[9]) hoc adverbium I. G. Schneider in vv. Ther. 198, 285, 418, 609, quibus nos quidem relativum statuimus, demonstrative usurpatum duxit eumque Lehrs secutus est. O. Schneider vero ἔνθα Ther. 198 et 418 relativum, 285 et 609 demonstrativum habuisse videtur. demonstrativum autem ἔνθα plerumque (Ther. 483, 599, 637, 754, Al. 448) in initio versus

754, ubi ἐνθάδε praecedenti ἵνα respondet, Al. 448,[1]) 629.[2]) adde locos Ther. 483, 599, 637, quibus in adverbio ἔνθα partitivam fere notionem, ut Latino 'inter alia' vel 'praeter alia' respondeat, inesse videmus, et Ther. 222 ἔνθα καὶ ἔνθα. denique Ther. 525 ἔνθα pro solito ἔνθεν[3]) legitur (cf. Ther. 518 et 713), τόθι autem vice demonstrativa fungi videtur locis Ther. 49[4]) et 147.[5])

III. De pronominibus.

Saepissime usurpatur pronomen ὁ, ἡ, τό ita, ut particula quaedam pronominis fulciendi causa accedat, quae vel sequitur (μέν, δέ) vel, quod rarius fit, praecedit (αὐτάρ). raro tantum id particula non addita adhibitum invenimus: Ther. 150, 453, 465, 508, 764, 770, 778, 793, 805, 935, Al. 94, 221, 263, 346, 511, 573. tamen nonnumquam vel his locis pusillum tamquam adminiculum ei additum videmus, modo pronomen personale Ther. 508,[6]) 935,[7]) Al. 511, 573, modo demonstrativum Ther. 150 (τῶν οἱ μέν), 453, Al. 263 (utroque loco αὐτὰρ ὁ τοῦ),[8]) modo adverbium Al. 94 (καί),

---

(quod etiam de relativo ἔνθα valere vidimus), contra Ther. 525 in quinto versus pede, Ther. 222 (ἔνθα καὶ ἔνθα) ante caesuram trochaicam conspicitur. neque illud praetereundum est post demonstrativum ἔνθα exceptis locis Ther. 483, 599 (ἔνθα καί), Al. 448 (ἔνθα δὲ καί) nullam extare particulam, id quod in eos quoque locos cadit, quibus ἔνθεν et τόθι demonstrative adhibentur.

[1]) ubi post ἔνθα verbis κοίλοιο κατὰ δρυός locus accuratius significatur; cf. Λ 536, γ 365.

[2]) hoc loco Beneke (p. 44) ἔνθ' in pedis primi thesi positum corruptum esse existimavit; cf. p. 42 adn. 8.

[3]) quod praeter locos supra adlatos invenitur Ther. 185. quod vero ad versus locum adtinet, Ther. 185 et 713 primum, Ther. 518 quintum versus pedem obtinet; relativa autem notione instructum ἔνθεν in Ther. et Al. non legitur.

[4]) quo loco de notione demonstrativa dubitari nequit; nam si Nicander relativum significare voluisset, non καλέουσι τόθι, sed καλέουσιν ὅθι scripsisset. quod non item cadit in locum Ther. 147 φέρει ... Ὄθρυς | φοινὰ δάκη ... καὶ λέπας ὑλῆεν· τόθι δίψιος ἐμβατέει σήψ, ubi I. G. Schneider et Lehrs relativum, O. Schneider demonstrativum statuerunt. collocatum autem est τόθι Ther. 49 post caesuram trochaicam, Ther. 147 post caesuram semiquinariam.

[5]) vide append. VII.

[6]) quo loco τό adverbio τούνεκα respondet; cf. Γ 176, Η 239, Μ 9, Ρ 404 (simillimus is est loco Nicandreo), Τ 213, Ψ 547, ϑ 332, quibus item plerumque particula addita non est.

[7]) hoc solo loco τό ad sequentia spectat, aliis locis ad praecedentia modo substantiva eaque vel multis verbis seiuncta (Ther. 150, 453, 465, 764, 793, 805, Al. 346) vel prope posita (Ther. 770, Al. 94, 263), modo enuntiata, quibus de hominibus veneno aliquo laesis sermo fit: Ther. 778, Al. 221, 511, 573 (cf. O. Schneideri adn. ad Al. 16).

[8]) cf. Η 383 αὐτὰρ ὁ τοῖσιν, ρ 67 αὐτὰρ ὁ τῶν, σ 311 αὐτὰρ ὁ τῇσιν, υ 242 αὐτὰρ ὁ τοῖσιν; alios locos, quibus apud Homerum copulatas vides pronominis ὁ, ἡ, τό formas, congessit Krueger Di. § 50, 2, 8.

221 (ὥς), 346 (τούνεκα);[1]) praeterea non paucis locis (Ther. 150, 465, 508, 764, 793,[2]) Al. 511) asyndeton quod vocant conspicitur (cf. Kuehner II 863, β).

Iam pergamus ad locos, quibus particula quaedam pronomini ὅ, ἥ, τό praecedit. qui sunt Ther. 249, 353, 547, 766, Al. 82, 214, 263, 482, ubi αὐτὰρ ὁ legitur[3]) (loci, quibus αὐτὰρ ὅ γε extat, infra adferentur), Ther. 111 (καὶ γὰρ ταῖς), 479 (ἤ γὰρ ὅ), Al. 173 (καὶ γὰρ δὴ τό), 584 (ναὶ μὴν τοῖς).[4]) saepissime autem particulam non praecedere, sed postponi iam supra commemoravimus. cuius generis frequentissimi sunt ii loci (XXVIIII in Ther., XXII in Al.), quibus ὅ, ἥ, τό particula δέ instructum invenimus: Ther. 19, 48, 79, 95, 106, 211, 243, 260, 316, 354, 372, 380, 387, 412, 421, 455, 466, 522, 549, 555, 588, 637, 664, 698, 702, 719, 743, 797, 950, Al. 16, 21, 28, 73, 119, 125, 128, 169, 193, 219, 246, 303, 317, 347, 379, 385, 392, 423, 476, 542, 546, 601.[5])

---

[1]) qua in re notandum est omnibus Al. locis ὁ, ἡ, τό tali fulcro instructum esse, contra haud paucis Ther. locis eo carere (465, 764, 770, 778, 793, 805).

[2]) hoc loco in editionibus omnibus post v. 792 commate interpungitur, quasi τοὺς ἁλὸς ἐξερύουσι δελαστρέες ἰχθυβολῆες enuntiatum relativum esset ad λίπωσι referendum. quod eo refellitur, quod Nicander formas a littera τ incipientes vi relativa in initio versuum non adhibuit. immo mihi v. 793 causa significari videtur, cur πάγουροι πέτρας καὶ βρύα λεπτὰ π. θ. reliquerint, ita ut τούς pronomen demonstrativum sumendum sit semicolo post v. 792 posito. asyndeton est explicativum, cf. Kuehner II 864, δ.

[3]) ad substantiva quae antecedunt refertur demonstrativum Ther. 353, 547, 766, ad homines veneno violatos Th. 249 omnibusque Al. locis. locis autem Ther. 249, Al. 82, 482 cavendum est, ne quis ὁ articulum esse statuat cum participio vel adiectivo sequenti coniungendum; id enim praedicative positum est sicuti, ut unum alterumve locum adferam, Ther. 547 vel Al. 214, ubi nemo de articulo cogitabit.

[4]) Ther. 111, 479, Al. 173 demonstrativum ad substantiva quae praecedunt, Al. 584 ad homines bufonis potione laesos spectat.

[5]) ut iam de his locis universe dicam, Ther. 19, 48, 354, 372, 380, 412, 455, 466, 588, 698, 702, 719, 743, Al. 73, 119, 169, 303 demonstrativa ad substantiva quae antecedunt pertinent. Al. 16 (cf. O. Schneideri adn.), 125, 128, 193, 317, 347, 379, 385, 423, 476, 542, 546, 601 demonstrativum ad aegros referendum est, quod fit saepissime in principio earum carminis partium, quibus de morborum notis vel remediis agitur, atque idem de pronomine ὁ particula μέν instructo valet. porro locis Ther. 243, 260, 387, 522, 549, 555, 637, 664, 797, 950, Al. 21, 392 partitio efficitur vel effici videtur; Ther. 79, 95, 106 demonstrativo τὰ δέ singula remedia comprehenduntur, quibus adde Al. 28, quo loco O. Schneider adscripsit: 'τὰ δὲ: omnia haec quae videmus. sic τάδε Xenoph. Memorab. I 4, 9'. his igitur praemissis ad singula veniamus. ad τὰ δέ Ther. 211 cf. ea quae O. Schneider ad Ther. 210 adnotavit. — Ther. 316 idem pro tradito τῶν, quod sibi ineptum videri indicat, τῷ coniecit, quod 'propterea' significare statuit. conferre sane potuit Α 418, Β 296, Φ 190, β 281, η 25 al., quamquam num recte se habeat coniectura illa dubitare licet. — Ther. 588 in G extat τὴν δὲ μετ' ἐξετέρην θανάτου φύξιν τε καὶ ἀλκήν, reliqui μετεξετέρην uno ductu scriptum (cf. Ther. 414) exhibent. hos igitur I. G. Schneider et Lehrs secuti sunt, illum O. Schneider τὴν δέ ad πηρῖνα θοραίην (v. 586) relato. cui adsentiri non dubito collatis locis Homericis Θ 261, λ 260, 266, 305 al. et versu Ther. 372. — de loco corrupto Ther. 637 v. p. 24 adn. 4. —

Neque multo rarius post ὁ, ἡ, τό legitur *μέν* idque XXVIII^ies in Ther. (57, 78, 150, 202, 214, 231, 242, 260, 264, 271, 291, 377, 503, 545, 548, 562, 572, 643, 652, 657, 668, 674, 716, 756, 797, 833, 949, 951), novies in Al. (25, 78, 175, 224, 244, 281, 392, 483, 505).[1]) praeterea alias quoque particulas demonstrativo ὁ, ἡ, τό postpositas invenimus: *ἤτοι* vel *δ' ἤτοι* (Ther. 118, 168, 182, 219, 264, 426, 517, 522, 554, 632, 771, Al. 337, 366, 378, 399, 467, 474, 570; cf. p. 40),[2]) *γέ* (Ther. 17, 266, 295, 340, 369, 393, 413, 441, 444, 451, 775, Al. 35, 113, 356, 456, 578, 599; cf. p. 38),[3]) *μέν τε* et *δέ τε* (cf. *Δ* 485, *O* 273), quae particulae saepius in Al. quam in Ther. pro-

---

Al. 219 *οἱ δέ* ad *λαούς* ex adiectivo *λαοφόροισιν* supplendum spectare arbitratur O. Schneider prolegg. p. 3. — Al. 246 G aliique libri *τὰ δέ*, nonnulli iique deteriores *τὸ δέ* tradunt. horum scripturam receperunt I. G. Schneider et Lehrs, illorum lectioni *τὰ δέ* iure patrocinatus est O. Schneider. simul reiecta I. G. Schneideri explicatione, qui commate post *τεύχει* posito *ὑποβόσκεται* cum verbo *σάρκα* coniunxerat — *δέ* enim tum alieno loco positum esse — *τεύχειν* cum duplici accusativo constructum esse statuit. nisi forte aut post *τεύχει* commate interpungendum est, ita ut duo membra a verbo *τεύχει* pendentia efficiantur, aut *σαρκὶ μελαινομένῃ* scribendum; cf. Al. 119 sq. *ἐπὶ χείλεσι δηχμὸν τεύχουσιν*. — adde quod Ther. 95 *τροχοειδέα*, 421 *ἐχθρόν*, Al. 28 *διπλόα*, 317 *ἀλύων*, 379 *ἀχθόμενος* praedicative, Ther. 549 *πέσκος* adpositive (cf. p. 26 adn. 6) sumenda sunt; praeterea commemoro locis Ther. 719, 743, Al. 347 post *τοῦ* vel *τῷ* voculas *δὲ καί* extare.

[1]) hi loci ita sunt comparati, ut demonstrativa Ther. 202, 214, 231, 271, 291, 377, 503, 545, 572, 643, 668, 674, 756, 797, 833, Al. 244, 505 ad substantiva, quae in prioribus extant, pertineant, in vv. Ther. 78, 150, 242, 260, 264, 548, 657, 716, 949, Al. 25, 175, 392 partitio aut insit aut inesse videatur, Ther. 57, 562 (addito *ἄρ*), 652, 951 voculis *τὰ μέν* remedia antea enumerata comprehendantur, Al. 78, 224 (addito *καί*), 281, 483 demonstrativum ad homines veneno quodam laesos referatur. de loco Ther. 548 cf. p. 26 adn. 6, loco autem Ther. 716, quo *αἰθαλόεις* adpositive dictum est, O. Schneider falso statuit relativum *ὅ* demonstrativi *τό* loco positum esse; nam masculinum *ὁ* esse R. Volkmann Ann. phil. LXXV 358 intellexit.

[2]) exceptis locis Al. 366, 378, 474, quibus de iis agitur, qui e veneno sumpto aegrotant, demonstrativum ubique ad substantiva pertinet; Ther. 522, 554, 632 plantae cuiusdam alterum nomen profertur. neque illud praeteream Ther. 168, 219, 771, Al. 337, 378, 399, 467, 474, 570 singula hemistichia usque ad caesuram trochaicam ita conformata esse, ut post demonstrativum particula *ἤτοι* instructum substantivum vel adiectivum una cum particula *μέν* adiciantur.

[3]) e quibus locis Ther. 295, 369, 393, 413, 441, 444, 451 ita sunt comparati, ut demonstrativum ad substantiva quae praecedunt referatur. Ther. 340, Al. 35, 113, 356, 456, 599 demonstrativis aegri significantur; Ther. 266, 775, Al. 578 autem ad *ὅ γε* adiectiva, Ther. 17 substantivum adpositive vel praedicative posita accedunt, quibus locis ante *ὅ γε* particula *αὐτάρ* collocata est, quod idem valet de loco Ther. 340. praeterea aliae quoque particulae ante *ὅ γε* (*ἥ γε*) leguntur; cf. Ther. 369, 441, 444, 451, Al. 35, 113, 456, 599 locosque p. 38 congestos. Al. 599 O. Schneider cum deterioribus *τῶν γ'* scripsit — *τό γ'* in *Π* legitur, *γ'* omittunt GM —; contra I. G. Schneider ex scholiastae verbis: *ἀντὶ τοῦ τῷ κακωθέντι ὑπὸ τοῦ λιθαργύρου ἡ τῶν οὔρων ῥύσις κατέχεται* novam procudit scripturam *οὐ μὲν τῷ γ' οὔρων ἄνυται ῥύσις* a Lehrsio receptam. qua, quamvis valde adrideat, tamen carere possumus, praesertim cum *τῶν γ'* ad aegros, non articuli loco ad *οὔρων* referendum sit; cf. Krueger Di. § 50, 2, 10.

nomini ὁ, ἡ, τό adduntur (Ther. 280, 432, 448, 484, Al. 36, 38, 111, 159, 162, 195, 298, 319, 498; cf. p. 27),[1]) καί (Ther. 161, 235, 542, 765, Al. 87, 209, 255, 291, καί που Al. 43 et 344; cf. p. 17), γάρ (Ther. 306, 555, γάρ τε Ther. 259 et Al. 97, cf. α 152, φ 430, γὰρ δή Al. 167, cf. Μ 332, ε 276), δή, quod Ther. 55 et 664 atque addito καί 791 legitur, ab Al. autem abest.[2])

Iam ad eos nos vertamus locos, quibus demonstrativum ὁ, ἡ, τό ad substantivum, quod post verbum finitum sequitur, refertur ita, ut id quasi adnuntiet. cuius generis loci sunt Ther. 13, 132, 178, 254, 306, 308, 326, 543, 637, 692, 837,[3]) Al. 25, 137, 282, 316, 435, 503.[4]) adde Ther. 453, 493,[5]) 497, ubi demonstrativa sat multis verbis a substantivis, ad quae spectant, dirimuntur. quibus adiciamus locos ita comparatos, ut inter ὁ, ἡ, τό et substantivum, ad quod illud pertinet, singula intercedant orationis membra sive nomina cum praepositionibus coniuncta: Ther. 135, 236, 303, 403, 504 sive dativus pronominis οἷ: Ther. 511 (cf. Krueger Di. § 50, 3, 3) sive particulae vel adverbia: Ther. 109 (μυρία),[6]) 322 (νύ), 720 (ὕπερθε),[7]) Al. 140 (ἤλιθα), 571 (συνεχές). quibus locis ὁ, ἡ, τό iam propius ad articuli notionem accedere videtur.

His igitur expositis iam ad articulum ipsum transducimur, quem coniunctum videmus I) a) cum substantivis per se positis Ther. 363 τὰ δ' ἄλγεα, 397 τὸ μὲν δέμας, Al. 96 τὸ δὲ ῥύμμα, 332 τά τε βλαστά,[8]) b) cum substan-

---

[1]) Ther. 448, 484, Al. 36 demonstrativum ad substantivum praecedens pertinet, Ther. 280, 432, Al. 159, 162, 195, 298, 319, 498 demonstrativis homines significantur veneno imbuti. Al. 38 et 111 (ubi vide scholium) partitio inest. Ther. 280 καμνόντων praedicative accipiendum est. de locis Al. 36 et 498 cf. O. Schneideri adn. ad Al. 36.

[2]) Ther. 161, 235, 259, 306, 542, 555, 765, 791, Al. 97, 167, 344 demonstrativa ad substantiva, quae in antecedentibus leguntur, referenda sunt, Al. 43, 87, 209, 255, 291 demonstrativa ad aegros significandos spectant, Ther. 55 (τοῖς δή) et 664 (τῶν δή) remedia comprehensa habes. denique loco Ther. 542 editores omnes τῆς καί relativum esse volunt, quod non probo, cum praesertim Nicander formas a littera τ incipientes in initio versuum relativorum loco non usurpaverit.

[3]) hoc loco inter τά et ἕκαστα hiatus conspicuus est, qui ante ἕκαστος iam apud Homerum (cf. Λ 706, μ 16, 165, ξ 375, ubi τὰ ἕκαστα eodem versus loco collocatum est) conspicitur. neque alienum a vero videtur Nicandro hunc versum pangenti locos illos Homeri ante oculos versatos esse.

[4]) cf. Krueger Di. § 50, 1, 7, qui hos Homeri locos adtulit: Α 348, Ε 859, Ν 408, Ξ 39, ρ 338, υ 6. vide praeterea eundem § 50, 3, 2, 3. e locis autem supra congestis non pauci ita comparati sunt, ut demonstrativum statim excipiat adiectivum vel participium sive adtributive sive praedicative additum, veluti Ther. 13, 254, 306, 308, 543, 837, Al. 25, 137.

[5]) ubi τῶν νούσων ad ea quae praecedunt referendum est, ita ut idem ac τούτων τῶν νούσων valeat, contra Ther. 497 τὰς ποίας ad eas quae in sequentibus nominantur herbas spectat, ita ut eandem vim quam τάσδε τὰς ποίας habeat.

[6]) ubi τά non ad substantivum, sed ad adiectivum (πάντα) spectat.

[7]) huic loco simillimus est v. Ther. 178.

[8]) adde quod locis Ther. 363, Al. 96, 332 adtributa post substantiva leguntur; cf. Krueger Di. § 50, 8, 3. locis modo adlatis adici potest v. Ther. 348 οὐ γὰρ τῆς γε κακο-

tivis, ad quae adiectiva accedunt inter illa et articulum posita,[1]) Ther. 52, 225, 239, 272, 650, 872, Al. 491. accedit Al. 249 *τὸ Μηδείης Κολχηίδος ἐχθόμενον πῦρ | κεῖνο*,[2]) ubi inter articulum et substantivum duo vides intercedere adtributa, cf. *O* 37 et *ε* 185. II) cum adiectivis Ther. 640 *ἡ δ' ἑτέρη*,[3]) 661, 786 *τὸν δ' ἕτερον*, Al. 320 *τὸ δ' ἀθρόον*.[4]) III) cum participio[5]) Al. 245 *οἵ τε παρ' Εὐφρήταο ῥόον πολέοντες ἀρούρας*. IIII) cum adverbiis Ther. 366 *τὸ πρίν*,[6]) Al. 86 *τὸ πάρος*.[7]) videmus igitur, quod ad articuli[8]) usum adtinet, Nicandrum Homeri rationibus usum esse.

φραδίης ἀπόνηντο, ubi Bentleius scriptura deteriorum aliquot codicum *τῆς δέ* respecta *τῆςδε* coniecit, quamquam, quod libri optimi *Π*GM tradunt, *τῆς γε* apte explicari potest ita, ut in vocula *τῆς* vim et demonstrativam et possessivam inesse sumamus. sed difficultas quaedam in *κακοφραδίης* esse videtur. nam si cum scholiis (*ἐβλάβησαν ὑπὸ τῆς ἀβουλίας· κακοφραδία γὰρ ἡ ἀβουλία*) hanc voculam *ἀβουλίαν* (cf. Quint. Smyrn. XII 554) interpretamur, sententia parum apta efficitur. quid enim quaeso valet illud 'nec tamen stultitiae suae fructum ullum tulerunt', quod I. G. Schneider scripsit? quasi umquam quisquam stultitiae fructum perceperit! sin *κακοφραδίης* collato loco h. Hom. Cer. 227 idem atque *κακονοίας* esse sumimus, ut ad verba *πυρὸς ληίστορ' ἔνιπτον* referendum sit, aptus sane efficitur sensus: 'improbitatis nullum perceperunt fructum'; sed si reputaverimus apud Homerum (*Λ* 763, *P* 25, *Ω* 556, *ω* 30) et apud posterioris aetatis poetas, veluti Apoll. Rhod. II 196 *ἀπονίνασθαι* nisi cum virtutum praeclararumque rerum notionibus non coniungi, fortasse praestare videbitur leni mutatione scribere *τῆς γε κακοφραδίαις ἀπόνηντο* i. e. *τῆς νεότητος*, ut *κακοφραδίαις* (i. e. *ἀβουλίαις*) dativus causae sit. vides iam aptissime comparari posse locum Homericum *P* 24 sq. *οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίη Ὑπερήνορος ἱπποδάμοιο | ἧς ἥβης ἀπόνηθ'*. de syllabis *ης* et *αις* confusis v. O. Schneiderum ad Ther. 865 et in prolegg. p. 106. ceterum simile quid iam Gorraeus sensisse videtur, qui hunc locum ita vertit: 'munere magnifico viridis donasse iuventae | mortales (dicitur Juppiter) . . . | nec tamen hoc unquam stolidos potuisse potiri.'

[1]) cf. Krueger Di. § 50, 8, 4.

[2]) quo loco *κεῖνο* cum articulo coniunctum habes; cf. *β* 351. accedit quod hoc loco *κεῖνο* paene superflue additum videtur (cf. I. G. Schneider Ther. cur. post. p. 255), quod idem valet de locis Ther. 619, Al. 105, 299 (cf. Marc. Sid. 94). adde locos Al. 116, 187 et Al. 82, quibus *κεῖνος* cum substantivo coniunctum ad superiora referendum est. ad sequentia autem spectat Al. 235, 525 (ubi *κεῖνο* ad enuntiata relativa pertinet), Ther. 186 *τέρα κεῖνα*. per se autem positum *κεῖνος* ad praecedentia pertinens invenitur Ther. 151 (quo loco solo forma *ἐκεῖνος* extat, reliquis *κεῖνος* legitur), 399, 826 (addito *γέ*), qui usus ab Al. abest.

[3]) cf. Krueger Di. § 50, 5, 8.

[4]) *τὸ δ' ἀθρόον* haud aliter atque *τὰ δὲ . . . πάντα* (Ther. 109) accipio, ut nostro 'das Ganze' respondeat, quamquam concedo *ἀθρόον* praedicative quoque explicari posse.

[5]) cf. Krueger Di. § 50, 5, 1.

[6]) cf. Krueger Di. § 50, 5, 11. hoc loco Nicander presse versum Homericum *γ* 265 imitatus est.

[7]) cf. Krueger Di. § 50, 5, 11.

[8]) de locis Ther. 17, 775, Al. 578, quibus nomen quod post *ὅ γε* legitur adpositive dictum statuo, quae res quoque de locis Ther. 549 et 716 valet — nam quominus illis locis articulum statuamus, particula *γέ* pronomini *ὁ* addita impedimur, quam Nicander cum articulo non coniunxisse videtur (locos enim Ther. 348 et Al. 599 aliter explicandos esse puto) — et de locis Ther. 95, 249, 266, 280, 421, Al. 28, 82, 317, 379, 482, quibus nomina praedicative accipienda sunt (cf. Krueger Di. § 50, 2, 12, 13), vide quae p. 74 adn. 3 et 5 (extr.), p. 75 adn. 1 et 3, p. 76 adn. 1 exposuimus.

Iam pauca de iis locis adnotemus, quibus in pronominis ὁ, ἡ, τό locum ὅς, ἥ, ὅ succedit. quod ita usurpatur, ut aut rationibus metricis exigatur (Ther. 366 et Al. 470 ὃς δ' ἤτοι in versus initio, Ther. 580 ὧν, Al. 250 οὗ, 565 οἷσι ubique post caesuram quam vocant bucolicam;[1]) adde Ther. 498, ubi ex O. Schneideri coniectura legitur: ποίας | δρέψασθαι νεοκμῆτας, ὃ γὰρ προφερέστατον ἄλλων[2])) aut in initio versus collocetur[3]) Ther. 506 ἥν, 709 ἧς, 801 οἷς δὴ καί, 837 οἷσιν, 912 ὧν, Al. 392 ὧν.[4]) uno loco Al. 443 ὅσσα pro ταῦτα adhibetur.[5]) neque illud praetereundum est non paucis locis ita comparatis asyndeton[6]) conspici: Ther. 506, 580, 837, 912, Al. 392, 565, quod in generis demonstrativi pronominibus adverbiisque a Nicandro non semel admissum videmus.

Sequitur ut de reliquis pronominibus demonstrativis ὅδε, τοῖος, αὐτός — de κεῖνος iam p. 77 adn. 2 exposuimus — nonnulla adferamus. ὅδε[7]) igitur paucis tantum locis legitur idque nude positum: Ther. 714, 745, 795, Al. 365, quibus adde Ther. 705, ubi omnes libri excepto Π, qui τὴν δέ praebet ab O. Schneidero receptum, τήνδε exhibent, quod equidem probo. his locis omnibus id observandum est ὅδε ad superiora, non ad sequentia referri.[8]) τοῖος modo cum substantivis coniunctum: Ther. 7 (τοῖα . . . ἀλεξητήρια), 408 (τοῖόν περ ἀντμένα δεινόν),[9]) 482 (τοῖος . . . ὄφις), 543 (λείρια . . . τοῖα), 780 (τοίη . . . κόπις . . . τοίῳ ἐπὶ κέντρῳ),[10]) 785 (τοίη . . . βούβρωστις),

---

[1]) quod valet etiam de locis Homericis γ 408 οἷς, ε 481 οὕς, ξ 7 ἥν.

[2]) libri omnes exhibent δρέψασθαι νεόκμητα, τὸ γὰρ προφ. Bentleius νεοκμῆτι coniecit ad ἔτι βλύοντι φόνῳ referendum, quod iure I. G. Schneider cur. post. p. 246 impugnavit, qui collato v. Ther. 707 νεοκμῆτα proposuit. O. Schneider autem νεοκμῆτας, ὃ . . . scripsit. sed fortasse praestat tradita lectione paulisper immutata conicere νεοτμῆγα; certe Apoll. Rhod. II 583 composito ἀποτμήξ usus est. neque desunt eiusmodi verborum conformationes apud Nicandrum, veluti αἰνοπλήξ, ἀπορρώξ, ἀποσφάξ, βαθυπλήξ, εὔτριψ, παραπλήξ.

[3]) cf. δ 97 ὧν, φ 303 ἐξ οὗ.

[4]) ὧν τὰ μέν apte cum Ther. 150 (τῶν οἱ μέν) comparari potest.

[5]) mirum sane illud ὅσσα videtur nobis reputantibus pronomen ὅστις praeter hunc locum in Al. non legi, in Ther. autem 731 et 763 in universum dictum et cum coniunctivo constructum inveniri. accedit quod Nicander illas Alexipharmacorum partes, quibus de remediis dandis verba facit, certis quibusdam formulis incohare solet, veluti τῷ 511, τῷ δέ 128, 347, 366, 385, 423, 546, 601, τῷ μέν τε vel τὸν μέν τε 162, 195, 298, 319, τῷ καί 43 et 87, τῷ μέν 483, τὸν μὲν καί 224, ἀλλά cum pronomine σύ coniuncto 260, 402, 527, 573. quibus perpensis fortasse hoc quoque loco ἀλλὰ σύ scribendum est.

[6]) quod etiam Homericis id genus locis deprehendimus δ 97, ε 481, φ 303.

[7]) οὗτος in Ther. atque Al. non legitur.

[8]) loci Ther. 745 τόνδε δαμάζει ὕπνος et Al. 365 τόνδε πνιγμὸς δαμάζει cum verbis tum eo inter se sunt similes, quod τόνδε ad hominem pertinet veneno quodam laesum.

[9]) de τοῖον cum δεινόν coniuncto vide Ameisii adnotationem ad γ 321.

[10]) hoc loco et Ther. 785 οἱ, pronomen III personae, post τοίη legi memorabile videtur, praesertim cum eandem structuram iam usurpaverit Aratus satis multis locis: 77, 143, 169, 194, 200, 326. e quibus propter iterationem pronominis τοῖος huic loco (Ther. 780) simillimus est v. 200 τοίη οἱ κεφαλή, τοῖοι δέ οἱ ἀμφοτέρωθεν | ὦμοι.

modo per se positum: Ther. 210 (τοῖον, cf. O. Schneideri adn.) et 429 (τοῖα h. l. adverbii modo adhibitum) legitur neque plus uno loco τοιόςδε invenitur: Ther. 99 (θρόνα τοιάδε).[1]) adde Ther. 570 τόσσον ἐπιστείβων . . ., ὁσσάτιόν περ | ἐκνέμεται. in Al. autem nec τοῖος nec τόσος reperiri sane notatu dignum est. pronomen αὐτός plurimis locis, sicut κεῖνος (cf. p. 77 adn. 2), ita adhibetur, ut verbum, cui id additur, prematur atque efferatur.[2]) cuius generis locis αὐτός modo in versu extremo (Ther. 879, Al. 405, 427) legitur, modo una cum ἤ praemisso versum incohat (Ther. 623, 854, Al. 516). per se autem positum habes Ther. 910 σὺν δὲ καὶ αὐτοῖς | ἄννησον Λιβυκάς τε . . . ἐνικνήθεο ῥίζας, Al. 124 αὐτοὶ δ' ἀσχαλόωσιν (αὐτοί in locum soliti αὐτὰρ ὁ [sc. ἀσχαλάᾳ] successisse videtur, cf. Ther. 249, 340, Al. 82, 214, 263, 482), denique Al. 592 αὐτόν τ' ἠνεκέεσσι τρίβοις . . . ξήραινε, quibus locis notione graviore pronominis 'ipse' instructum est.

His rebus absolutis pauca de pronominibus personalibus, possessivis, indefinitis adiciamus. ac pronomen primae personae numeri singularis — pluralis plane abest[3]) —, nisi quid me fugit, ter tantum in carminibus de quibus agimus invenitur in nominativo[4]): Ther. 493, 837 (utroque loco ἐγὼ . . . δειείσομαι in exordio remediorum enumerationis legitur),[5]) Al. 9, ubi verba αὐτὰρ ἐγώ voculis σὺ μέν (v. 6) opponuntur. frequentior pronominis alterius personae usus est, quod item nisi in singulari positum non invenitur. huius nominativus σύ XVIII Ther., XXXIIII Al., accusativus σέ VI Ther., III Al. locis conspicitur. horum locorum dimidia fere pars, quae XVII Ther., XIII Al. locis efficitur, ita comparata est, ut pronomini σύ (σέ) particula γέ addatur[6]) (cf. p. 37). praeter nominativum atque accusativum alius casus

[1]) hoc loco τοιάδε ad sequentia refertur, reliquis autem locis τοῖος ad priora pertinet, non raro ita, ut sententiae antecedentis tamquam causa addatur: Ther. 408, 429, 780, 785. talibus locis τοῖος γάρ expectatur, sed Nicander his omnibus locis asyndeton quod vocant explicativum adhibuit neque magis particulam ullam pronomini τοῖος aliis locis addidit (Ther. 210, 482), ubi τοῖος enuntiatum incohat. adde quod Ther. 543 λείρια ὡς ἴα τοῖα demonstrativo τοῖα relativum ὡς, non οἷα respondet.

[2]) cf. praeterea O. Schneider prolegg. p. 96.

[3]) plurale huius personae pronomen possessivum (ἡμέτερος) eodem sensu atque ἐμός — quod aeque ac σός in his carminibus non invenitur — poeta adhibuit Ther. 117. praeterea duobus locis Ther. 126 et 549 tertiae personae numeri singularis pronomen possessivum legitur ἑός, sescentis autem locis ratio possessiva ne verbo quidem exprimitur.

[4]) qui ubique post primum trochaeum collocatur.

[5]) contra similis generis locis Ther. 4, 282, 528, 636, 770, 805, 811, 822, Al. 5 aliis ἐγώ non legitur.

[6]) σύ post ἤ collocatur Ther. 40, 45, 63, 513, 557, 848, 909, Al. 90, 95, 142, 197, 228, 262, 427, 514, 607, post καί τε Ther. 645, Al. 48, 92, 108, 148, 171, 186, 230, 239, 268, 323, 433, 563, voculae μή vel μηδέ adicitur Ther. 128, 474, 574, 583, 625, Al. 397, quibus vv. adde Ther. 475, Al. 279, 443, 594, 611, pronominibus demonstrativis adiungitur Ther. 506, 912, Al. 128, 385, 511, 546, particulae ἀλλά Ther. 21, Al. 260, 402, 527, 573, particulis εἰ δέ vel ἥν δέ Ther. 87, 689, 885, 915. denique adde hos locos: Ther. 4, 695, 877, Al. 6, 325, 336.

non legitur, nisi quod in τοί magis dativi σοί quam particulae notionem inesse supra (p. 41) vidimus.

Quod ad tertiam personam adtinet, accusativum ἕ uno tantum loco Ther. 33 μαρ. δέ ἑ ... δρπηξ ... αὐγήεντα τίθησι vi demonstrativa[1]) instructum inveni, quae in dativo quoque οἷ XVIII Ther., III Al.[2]) locis usurpato conspicua est. qui modo ad eum pertinet, cui quid commodo vel incommodo est aut fit (Ther. 93, 279, 289, 315,[3]) 511, 659, 731, 762, 780, 785, 820,[4]) Al. 282, 341, 343),[5]) modo cum praepositionibus ἐπί (Ther. 236, 244, 293)[6]) et ἐν (Ther. 590)[7]) coniungitur. Ther. 242 et 733 vero ad dativum adverbia (ἀμφίς et ἐγγύς) accedunt. Ther. 410 αὐτοῦ οἱ θάνατος ... τέτυκται dativus more solito usurpatur.[8]) numeri pluralis tertiae personae una tantum dativi forma eaque Laconica extat: φίν[9]) Ther. 725 ἀστέριον δέ φιν ἄλλο πιφαύσκεο et Al. 124 ἄλη δέ φιν ἤθεα φωτὸς | ἄψυχος πεδάει.[10])

Ut quaestionem de pronominibus institutam absolvam, restat ut pauca de usu pronominis indefiniti τὶς — nam τίς interrogativum a carminibus de quibus agitur abest — addam. quod modo ad substantivum quod sequitur refertur Ther. 164 (τιν' αὐγήν), 405 (τις ... οἰωνός), Al. 215 (τις ... φώς),

---

1) eadem vi μίν adhibitum est Ther. 414, 429, 508, quod primo et altero loco Latino 'eum', tertio Latino 'eam' respondet. in Al. non invenitur.

2) de loco Al. 192, quo οἷ pro τοί scribendum esse conieci, cf. p. 42.

3) χράειν cum accusativo coniungitur hoc loco, sicut apud Homerum Φ 369, φ 69 al.

4) quo cum loco cf. μ 114 ὅτε μοι σίνοιτό γ' ἑταίρους.

5) a quibus locis, cum ubique substantivum adsit ad personam illam referendum, ne genetivus quidem pronominis (τοῦ vel αὐτοῦ) alienus esset. vide locum Homericum O 686 φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανεν eodem modo comparatum et cf. Krueger Di. § 48, 12, 2, Kuehner II 374 adn. 1, 375 c. talem dativum Nicander non solum in pronominibus (cf. praeter locos citatos Al. 378 τῷ et 124 φίν), sed etiam in substantivis (cf. Ther. 330 et 834), adiectivis (Ther. 515), participiis (Ther. 325) adamavit. adde quod Al. 378 τῷ δ' ἤτοι λυγμοὶ μὲν ἀηθέσσοντος ὁμαρτῇ | αὐχέν' ἀνακρούουσιν dativum incommodi cum genetivo participii coniunctum habes.

6) quibus locis ἐπί οἱ item non multum a genetivo τοῦ vel αὐτοῦ differt.

7) ubi incertum est utrum οἷ ad λίγδῳ an ad κουλυβάτειαν referatur. ceterum cum hoc de quo agitur loco comparari possunt versus Aratei 481, 503, 513, 518.

8) notandum est saepissime (XIIIies) δέ οἱ extare (cf. δέ τοι p. 42 adn. 1) neque illud praetereundum Nicandrum voculae οἷ usum ita in Al. angustiorem quam in Ther. fecisse, ut nisi τοῦ vel αὐτοῦ loco positam et ad homines relatam non adhiberet.

9) quam Callimachus quoque hymn. Dian. 125 et 213 adhibuit; cf. O. Schneider in ed. Callim. I p. 227.

10) utroque loco φίν temptatum est. nam in v. Ther. 725 Hermannus, cui dativus φίν, quem Bernhardy synt. p. 80 idem quod ἐν αὐτοῖς significare recte dixit, mirus videbatur, Orph. II 804 δέ τοι vel γὲ μέν coniecit aut servato φίν scribere voluit πιφαύσκω, ita ut collato v. Ther. 837 φίν ad eos, 'qui phalangiorum morsu laesi fuerint' referretur; altero loco Blomfield, gloss. Aeschyl. Agam. 187 pro φίν 'τὶς' proposuit, quod iure improbavit O. Schneider; cf. Hermannum l. c. p. 803 sq.

modo absolute adhibetur post *ἤν* (Al. 250, 312, 495) vel *μηδέ* (Al. 415) positum;[1]) denique accusativus adverbialis *τὶ* negationibus *οὐδέ* (Ther. 820, Al. 395), *μή* (Al. 279, 594),[2]) *μηδέ* (Ther. 574)[3]) adiungitur.

---

[1]) pronomen *τὶς* nonnumquam in talibus enuntiatis omitti iam supra (p. 59 adn. 9) diximus.

[2]) qui versus in eundem fere modum conformati sunt.

[3]) fortasse loco quoque Ther. 851 pro *μηδ' ἔτι*, quod libri editoresque habent, *μηδέ τι* recipiendum est. praeterea *τὶ* e coniectura duobus locis Nicandro obtrusit O. Schneider Ther. 291 sq. et Al. 278. attamen utroque loco eius coniecturis carere possumus. nam priore loco ea quae in libris leguntur: *τοῦ μὲν ὑπὲρ νιφόεντα κεράατα δοιὰ μετώπῳ | ἔγκειται πάρνοψι φάη λογάδας τε προσεικής* — qua in scriptura ille non minus tria verba, *ὑπὲρ* in *ὑπὸ*, *τε* in *τι*, *προσεικής* in *προσεικῆ* mutavit — uno tantum verbo *προσεικής* vel in *προσεικεῖ* ad *μετώπῳ* referendum vel, quod veri similius puto, in *προσεικεῦς* ad *τοῦ* pertinens immutato (cf. *ω* 394 *θάμβευς*, Theocr. VII 20 *χείλευς*, Nic. Ther. 2 *κήδευς*, 17 *ἴχνευς*) servari possunt, ita ut constructio haec sit: *τοῦ μὲν μετώπῳ* — nam si cui genetivum *τοῦ* a substantivo, ad quod refertur, *μετώπῳ* tanto distare intervallo mirum videbitur, conferat velim Al. 474 *τῶν ἤτοι ζοφόεις μὲν ἐπὶ χλόος ἔδραμε γυίοις*, 467, Ther. 182, 231, 271, 280, 399, 503, 637, 756, 765, 797 — *ἔγκειται ὑπὲρ* (quod in adverbii locum *ὕπερθε* successit, cf. O. Schneider ad Ther. 231) *δοιὰ νιφόεντα κεράατα*. contra quae in scholiis leguntur: *ἔστιν ἡ σύνταξις οὕτως· τοῦ μὲν . . . ἔγκειται· τουτέστι τούτου μὲν ὑπὲρ τὰ κρυμώδη ὄμματα, ἤγουν ὑπεράνω αὐτῶν, κέρατα δύο ἐν τῷ μετώπῳ ἔγκειται* vel ideo probari nequeunt, quod, si eam interpretationem probares, *ὑπέρ* a *φάη* tot voculis distineretur. de altero autem loco vide quae p. 53 adn. 6 exposui.

Appendix.

I. Ther. 359 χερσύδροιο καὶ ἀσπίδος εἴρεο μορφὰς | ἰσαίας post adiectivum ἰσαῖος particula καί invenitur; cf. Kuehner II 361 adn. 18, qui adtulit locum Homeri *E* 442 οὔποτε φῦλον ὁμοῖον | ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. sed aliis Nicandri locis ab adiectivis verbisque similitudinem significantibus solito more dativum aptum videmus. quo pertinent adiectiva ἶσος, ἐΐσος Ther. 268 et 630, ἰσήρης Ther. 788, εἴκελος Ther. 235, 523, 755, 799, ἴκελος Ther. 719 et 764, ἀλίγκιος Al. 293, ἐναλίγκιος Ther. 384, 760, 786, προσαλίγκιος Ther. 739, ὁμός Ther. 817. neque minus accusativus generis neutrius adverbii loco positus cum dativo coniungitur, veluti ἶσον Ther. 680, ἐναλίγκια Al. 116 alia. adde adiectivum ἰσώνυμος cum dativo constructum Ther. 678; contra φερώνυμος cum genetivo copulatur Ther. 501 et 666. porro dativum ex his id genus verbis pendere videmus: ἐοικέναι Ther. 658 et 747, εἴδεσθαι Ther. 149, 257, 272, 273, 748, Al. 289, 338, εἰδαίνεσθαι Al. 76, ἰνδάλλεσθαι Ther. 153 et 259, ἰσάζεσθαι Ther. 886, ἰσαίεσθαι Al. 399, ἰσοζυγέειν Ther. 908. neque paucis locis comparatio quae dicitur compendiaria adest: Ther. 292 πάρνοψι φάη λογάδας τι προσεικῆ,[1]) 334 διψάδος εἶδος ὁμώσεται . . . ἐχίδνῃ, 751 ἄλγεα δὲ προτέροισιν ἶσα κνώπεσσι πελάζει, 802 πτερὰ λευκὰ χέονται | μάστακι σιτοβόρῳ ἐναλίγκια, Al. 376 δορύκνιον, οὗ τε γάλακτι | ὠπή τε βρῶσίς τε . . . ἔικται, 600 μολίβῳ εἰδήνατο χροιή (sic *Π*, reliqui χροιήν). memorabiles praeterea sunt loci Ther. 516 ῥίζα . . . πύξου χροιῇ προσαλίγκιος et 734 ὃ δὴ λύκου εἴσατο μορφῇ, quibus accusativus[2]) relationis in dativum abiit cum genetivo rei comparatae, quae alibi dativo exprimitur, consociatum.

II. Accusativi adiectivorum neutrius generis, qui prorsus fere in adverbia abierunt, apud Nicandrum haud pauci inveniuntur. cuius usus inter alia haec observavi exempla: accus. singul. πολλόν Ther. 179, 832, Al. 109, 156, 246, πολύ Al. 393, παῦρον Ther. 297, τυτθόν Ther. 47, μέγα Ther. 779, ἄκρον Al. 477, πρόσπαιον Ther. 690, ἐχθρόν Al. 572 (aliter comparatus est locus Ther. 421, de quo cf. p. 74 adn. 5 extr.), ῥίγιστον Ther. 64,

---

[1]) sic textum constituit O. Schneider; sed cf. p. 81 adn. 3.

[2]) accusativis relationis adtributa addita videmus Al. 76 νέην (cf. α 208 αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας | κείνῳ) et Ther. 259, in quo v. mirum in modum superflue ἴσην adiectum est.

ὠκυμοειδές Al. 280, λοξόν Ther. 457, ἴσον Ther. 680; accus. plur. τοῖα Ther. 429, οἷα Ther. 774 aliisque locis, ἀθρόα Al. 506, μυρία Ther. 109 et Al. 214, πολλά Al. 416, ἄκρα Al. 544 (vide quae adnotavit O. Schneider: 'ἄκρα 'valde' significat, ut Quint. Smyrn. XII 547, Parthen. fr. 8 et alibi'), ἄκριτα Ther. 180, δεύτερα Al. 74, αἰδρήεντα Al. 415, ἀελπέα Al. 125, ἀντία Ther. 264 et 321, ὀμβρήρεα Ther. 406, ἐσφαλμένα Al. 221, ξηρά Al. 81 et 211, ψηχρά Ther. 559, ταυρώδεα Al. 222, ἐναλίγκια χυτῇ πίσσῃ Al. 116, ἶσα Ther. 943. ex quibus nonnulla notione adverbiorum quantitatis instructa videmus, velut πολύ, πολλόν, πολλά, μέγα, ἄκρον, ἄκρα, ἀθρόα, μυρία, παῦρον, alia qualitatem verborum significant, cuius generis sunt ἐχθρόν, ὠκυμοειδές, λοξόν, ταυρώδεα, ξηρά. verba autem, quae cum his accusativis plerumque consociari solent, sunt olendi Ther. 64, Al. 116, 280, 572 vel videndi Ther. 457 et Al. 222[1]) (cf. Al. 84 ἄλην ἑτερειδέα λεύσσων et 194 Ἀιδωνέα λεύσσει)[2]) vel sonum significantia Ther. 297, 406, Al. 221; adde ξηρὰ ἐπιλλύζειν, ἀναπτύειν Al. 81, 211, ψηχρὰ ὀμοργνύναι Ther. 559 (quocum conferas Homericum τυτθὰ διατμῆξαι, κεάσαι μ 174, 388) al.

III. Satis multis locis verbi finiti loco participia adhibita videmus. quo de usu, qui iam apud priores scriptores passim invenitur, disputavit Kuehner II 665 adn. 3. sed ea quam protulit huius rei explicatio in Nicandri locos non cadere videtur, quibus omnibus uno (Al. 84) excepto participium imperativi vel optativi locum obtinere adparet. immo Nicander, ut pro verbis finitis participia substitueret, solo variandi studio commotus esse videtur. en habes omnium id genus locorum conspectum: Ther. 40 ἢ σύ γε καχρυόεσσαν ἑλὼν πυριθαλπέα ῥίζαν | καρδάμῳ ἀμμίγδην ἰσοελκέι, 43 sq. καί τε μελανθείου βαρυαέος, ἄλλοτε θείου, | ἄλλοτε δ' ἀσφάλτοιο φέρων ἰσοαχθέα μοῖραν (ubi post v. 42 gravius interpungendum est), 72 αὔτως δὲ τρήχοντα ταμὼν ἄπο κλήματα σίδης (αὔτως δὲ O. Schneider edidit, libri αὔτως τετρήχοντα vel αὔτως τε τρήχοντα), 531 sq. ἐν δέ τε θύμβρης | δρεψάμενος βλαστὸν χαμαιευνάδος, 586 ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην (nulla certe causa est, cur cum O. Schneidero versum ante hunc excidisse statuamus), 595 καὶ χλοεροῦ νάρθηκος ἀπὸ μέσον ἦτρον ὀλόψας, 596 sq. ἠὲ καὶ ἱππείου μαράθου πολυαυξέα ῥίζαν | κεδρίσιν ἐντρίψας, 599 ἔνθα καὶ ἱππείου προταμὼν σπερμεῖα σελίνου, 618 sq. καὶ ἐν σκαφίδεσσι δοχαίαις | φαρμάσσων μέθυ κεῖνο χοὸς δεκάτῃ ἐνὶ μοίρῃ, 841 sq. ἐν δὲ χαμηλὴν | ῥεῖα πίτυν, φηγοῦ τε βαθὺν περὶ φλοιὸν ἀράξας, 843 sq. σὺν δ' ἄρα καυκαλίδας τε καὶ ἐκ σταφυλίνου ἀμήσας | σπέρματα, 927 sq. ἀσκοῦ ἔσω βαρύθοντα μέσον διὰ πῆχυν ἐρείσας | ἢ σφυρόν (quo loco O. Schneider ἐρείσας, in quo iam I. G. Schneider haesit, non intellectum in ἐρεῖσαι mutavit, qua coniectura participii liberius usurpati ratione habita carere possumus), 931 ἢ ἀπὸ κρομμυόφι

[1]) cf. Krueger Di. § 46, 6, 3.

[2]) cf. Ἄρην βλέπειν, δέρκεσθαι; vide Kuehner II 266 c et Krueger Di. § 46, 6, 10.

στάζων ὀπόν (cf. p. 32 adn. 4), 945 καὶ ἐν κυκλάμινον ἀγείρας, Al. 46 sq. σὺν δὲ καὶ ἀβροτόνοιο ταμὼν ἄπο καύλεα θάμνου | ἢ χλοεροῦ πρασίοιο, 56 sq. τότ' ὀνίτιδος αὖον ὀρείης | ἠὲ νέον ῥάδικα πολυκνήμοιο κολούσας (quo loco, si librum *Π*, qui in versu 58 τέτρασιν δ' ἐν praebet, sequimur, κολούσας participium libere adhibitum accipiendum est, sin reliquos libros, in quibus τέτρασιν ἐν extat omnibus ante O. Schneiderum probatum, κολούσας ad χαδεῖν pertinet), 84 πολλάκι δ' ἐν φαέεσσιν ἄλην ἑτερειδέα λεύσσων, 113 καί κεν ὅ γ' ἄλλοτε δόρπα δεδεγμένος, 133 sqq. δήποτε δ' ἢ σιάλοιο καρήατος ἠὲ καὶ ἀμνοῦ | . . . | ἠὲ νέον κορσεῖα ταμὼν κερόεντα χιμαίρης (de quo loco interpungendo verba feci p. 31 adn. 8), 202 τοτὲ νέκταρ ὀπῷ ἐμπευκέι χράνας, 263 καὶ ἐν στομάτεσσιν ἐρύξας (quo loco ἐρύξας soli *Π* debetur; ceteri enim exhibent ἐρύξει vel ἐρύξαι, quod I. G. Schneider et Lehrs receperunt), 267 ἴσως καὶ βατόεντα περὶ πτορθεῖα κολούσας (ubi in libro deterrimo V et editione Aldina κολούσαις legitur), 307 λιμναίου τε χαδὼν ἀπὸ κάστορος ὄρχιν, 352 τοτὲ γλάγος εἶν ἑνὶ χεύας (ubi excepto *Π*, in quo χεύσας est, libris omnibus traditur χεύαις ante O. Schneiderum receptum), 355 ὀτὲ μυρτίδας οἰνάδι βάλλων (quo loco μυρτίδας, ut diversi aliquid a μυρτίνης ἀχράδας valeat, in nescio quid mutandum est; Eutecnius vero τῆς σύρνιδος exhibet, in quo fortasse genuina lectio latet), 574 ὀτὲ πίσσαν ἐν ἡδέι μίγμενος οἴνῃ. his dubios locos addam, eos dico, quibus libri meliores non participium, sed verbum finitum tradunt, atque eos, quibus participium etiam vi solita positum accipi potest: Ther. 560 κάπρου | ἥπατος ἀκρότατον κέρσαι λοβόν, ubi praeter *Π*GKVv, in quibus κέρσαι extat ab O. Schneidero receptum, reliqui libri, quos I. G. Schneider et Lehrs secuti sunt, κέρσας praebent, quod, si frequentem participii liberioris apud Nicandrum usum respicimus, haud scio an genuinum videatur; Ther. 923 ἠὲ κράδης γλαγόεντα χέας ὀπόν, quo loco χέας vel cum κενώσεις coniungi vel liberiore modo adhibitum sumi potest (de quo loco cf. p. 32 adn. 3); Ther. 923 sq. ἠὲ σίδηρον | καυστειρῆς θαλφθεῖσαν ὑπὸ στέρνοισι καμίνου, quod fortasse aeque accipiendum est ac si θάλψας (idem quod θάλψαις) exaratum esset,' nisi forte quis zeugmatis figura accepta σίδηρον θαλφθεῖσαν cum χέας coniungere mavult; Al. 50 sq., ubi libri *Π*GM σβεννὺς αἰθαλόεντα μύδρον γενύεσσι πυράγρης | ἠὲ σιδηρήεσσαν ἀπὸ τρύγα praebent, ita ut σβεννύς ad πόροις quod praecedit referatur, reliqui autem σβεννύς τ' αἰθαλόεντα tradunt, quod haud scio an suo iure receperint I. G. Schneider et Lehrs graviore post v. 49 interpunctione posita (cf. Al. 307); ceterum scriptura σβεννύς τε vel eo comprobatur, quod vix veri simile est chamelaeam rutamque una cum ferro extincto dari, de qua re tamen Eutecnius cogitasse videtur (praeterea vide scholia ad v. 50 et I. G. Schneiderum p. 96 sq.); Al. 487 ἠὲ χύτρῳ τήξας μαλάχης λιπόωντας ὀράμνους, quo loco I. G. Schneider merito post v. 486 semicolo interpunxisse videtur, ut τήξας idem quod τήξαις sit, praesertim cum τήξας vel τήξαις ad eum qui remedia parat, non ad eum qui sumit referatur

(cf. Al. 92, 110, 369); Al. 528 ἢ ῥυτῆς κλώθοντα περὶ σπάδικα κολούσας, ubi item et ante ἢ et post κολούσας gravius interpunctum malim (cf. Al. 57 et 267). videmus igitur XIIII Ther., XII Al. locis — ad quos tres Ther. et totidem Al., de quibus dubitari potest, accedunt — participium illo liberiore modo usurpatum esse. de quo dicendi usu ea, quae in universum de Nicandro I. G. Schneider (Ther. cur. post. p. 271) dixit, valere intelleges: ‘multa sunt in hoc poeta orationis durissimae et structurae verborum dissolutae et labantis specimina, quae materia operi poetico non satis idonea partim peperisse videtur.’

IIII. Non paucis Ther. atque Al. locis verbi alicuius ellipsis quam vocant invenitur, cuius tria genera observare licet. quorum uno eoque longe frequentissimo ii comprehenduntur loci, quibus copulae εἶναι formae supplendae sunt. saepissime autem desideratur ἐστίν idque plerumque eiusmodi locis, quibus bestiae herbaeque enumerantur atque describuntur: Ther. 119, 168, 195, 217, 223, 224, 322, 375, 397, 420, 443/4, 465, 515/6, 640, 642, 659, 663, 734, 738, 749, 762, 771, 777, 780, 799 vel notae morbi e veneficio orti adferuntur: Ther. 728, 732, 744, Al. 27. accedunt Ther. 835 (ubi ἐστί), Ther. 151, 214, 219, 620, 741 (ubi εἰσίν), Al. 397 (ubi εἶ in interiecto enuntiato), Ther. 93 et 498 (ubi item in enuntiatis interpositis εἴη et ἐστίν desiderantur). hi quos modo adtulimus loci ita sunt comparati, ut εἶναι in enuntiatis primariis absit; sed etiam in enuntiatis secundariis verbi εἶναι formas omissas videmus: Ther. 461, 462, 670, Al. 7 post relativa adverbia locum significantia, Ther. 309 et 826 post εἰ. atque his locis indicativus requiritur, Ther. 368 autem (ὅταν ... τρύγῃ ἐν πυθμένι λίμνης) coniunctivus. alterum vero genus est eorum locorum, quibus ex iis quae antecedunt verbum quoddam suppleatur necesse est: Ther. 76 (τάμοις), 232 (τεκμαίρονται), 600 (προτάμοις),[1] 747 (πιφαύσκεο), 797 (δήεις, cf. I. G. Schneider cur. post. p. 266), 815 (οἶδα), 823 (item οἶδα, de quo O. Schneider genetivum σμυραίνης pendere vult, cf. Kuehner II 311; contra I. G. Schneider δάκος vel δάγμα supplevit), 872 (ἤμυνεν), Al. 117 (ἄγει) al. ceterum de hoc usu cf. O. Schneider prolegg. p. 104. de tertio autem genere fusius exposui p. 24.

V. Non raro pro genetivis substantivorum adiectiva adhibentur, plerumque ita, ut planta quaedam, cuius folia, radices, aliae partes ad medendum utiles sunt, significetur. huius usus dux fuit Homerus, ex quo pauca tantum exempla ad animalia pertinentia adferre mihi in animo est. veluti adiectivum βόειος genetivi βοός loco extare videmus Δ 122 (νεῦρα), Ψ 777 (ὄνθος, cf. Ψ 775 βοῶν ὄνθος), ξ 24 (δέρμα, cf. Ι 548, ν 436, Ψ 780 κέρα βοός), ἵππειος genetivi ἵππου loco Λ 536, Υ 501 (ὁπλαί), Κ 568 (φάτνῃ)

---

[1]) ubi participii liberius usurpati ratione habita προταμών quoque (e v. 599) suppleri potest.

δ 40 (κάπη), E 799, Ψ 392 (ζυγόν). cf. praeterea ea quae Kuehner II 224 a adnotavit, qui ex Homeri carminibus haec congessit exempla: B 54, E 741, B 658, γ 190. apud Nicandrum vero hunc usum longe lateque patere videmus. quod vel inde colligi potest, quod plerisque id genus locis a Nicandro ex animalium plantarumque nominibus nova adiectiva ficta sunt.[1])

Talia igitur adiectiva litterarum ordinem secuti adferemus ita, ut nove ficta litteris diductis indicentur: ἀμπελόεις Al. 142 (καύλεα), 266 (ἕλικας), ἀπαρινῆς Ther. 953 (χυλόν, cf. ἀπαρίνη apud Theophr. et Nicand.), ἀργυρόεις Al. 54 (βάρος; sic Π, alii libri ἀργύρεον), βατόεις Al. 267 (πτορθεῖα, cf. Ther. 839, Al. 332), δραχμαῖος Ther. 519 (ἀπορρώξ), 665 (φάρσος), 955 (κύκλους), δραχμήιος Ther. 604 (ἄχθος, cf. Ther. 572 δραχμῆς βάρος et Ther. 102, 581, 600, 710, Al. 148; praeterea vide Ther. 93, 655, Al. 327, 601 atque adde δραχμιαῖος Plat. Crat. 384 b, Aristot. Pol. IIII 17, ἑπτάδραχμος Theocr. XV 19), ἐπιδίψιος Ther. 436 (ἄτη), ἐχιαῖος Ther. 230 (κωκυτόν, cf. O. Schneider prolegg. p. 139), ἐχιδνήεις Ther. 209 (μορφήν, cf. Ther. 129, 673, Al. 523; quod vocabulum saepius apud Nonnum legitur), ἠρυγγίς Al. 564 (ῥίζας, cf. Ther. 645 et 849), ἰξιόεις Al. 279 (πῶμα), ἰρινόεις Al. 455 (θύος), ἰρίνεος Al. 156 (λίπεϊ), 203 (θυέος), 241 (λίπος; contra cf. Al. 87), ἰχθυόεις Al. 468 (γευθμός,[2]) cf. Ritter p. 31), κεδρίνεος Al. 488 (πίσσης, cf. Al. 118; similem autem in modum κέδρινος ab Homero usurpatur Ω 192, adde Eur. Alc. 160, Diod. Sicul. XVIIII 58), κισσήεις Ther. 510 (φύλλα; sequitur περικλυμένοιο, quasi scriptum sit κισσοῦ; cf. I. G. Schneider p. 145, O. Schneider p. 210; praeterea vide infra s. v. σαλαμάνδρειος), κληματόεις Al. 95 et 530 (τέφρην), κόμμινος Al. 110 (δάκρυα, cf. O. Schneideri adn.), κονυζήεις Ther. 615 (φυτόν; contra cf. Ther. 70, 83, 875, 942, Al. 331), κραμβήεις Al. 330 (σπέραδος), λειριόεις Al. 406 (κάρη; haec vox apud Homerum alia notione adhibetur, cf. Ritter s. v.), λιμναῖος Ther. 888 (ὕδωρ, contra cf. Ther. 368; aliis autem locis, Al. 307 et 576, de animalibus, quae in lacubus habitant, dictum est; cf. Herod. VII 119, Theocr. II 56), μελισσαῖος Ther. 611 (οὐλαμός; contra cf. Al. 71, 144, 374, 445, 554), μήλειος Al. 238 (σπέρμασι, cf. Apoll. Rhod. IIII 1399), μνιώδης Al. 497 (θρῖα, aliter Apoll. Rhod. IIII 1235 μνιόεντα τάρφεα dixit, cf. praeterea μνιαρός Opp. Hal. II 167), νωταῖος Ther. 317 (δεσμά, cf. Eur. El. 841), οἰνηρός Al. 534 (τρύγα, cf. Ther. 931 sq. οἴνης τρύγα), ὀριγανόεις Ther. 65 (χαίτη, cf. contra Ther. 628), οὐρανόεις Al. 16 (ὑπήνη, ut valeat idem quod ὑπήνη σὺν τῷ οὐρανῷ), περιστερόεις Ther. 860 (πέτηλα), πηγανόεις Al. 154 (δράμνους, cf. Al. 413), πυρῖτις Al. 531 (ῥιζάδα; hoc loco adiectivi vice fungitur, contra Ther. 683 [βλωθροῖο πυρίτιδος φύλλα] substantivum est), ῥόδεος Ther. 103 (χοός, breviter pro ῥοδέου λίπεος χοός dictum),

---

[1]) cf. Ritter p. 31 s. v. λειριόεις et Lingenberg p. 24.

[2]) apud Antipatrum (Anth. Pal. VI 223) legitur τὸν ἐκ πελάγευς ἰχθυόεντα βόλον, quocum cf. Aeschyl. Pers. 424 ἰχθύων βόλον.

Al. 155 (*λίπεϊ*; contra cf. Al. 239 *ῥοδέης λίπος*; vide Eur. Med. 841 *ῥοδέων πλόκον ἀνθέων*, Hel. 245 *ῥόδεα πέταλα*; adde verba incerti poetae in Anth. Pal. XII 40 *ῥοδέα κάλυξ*), *σαλαμάνδρειος* Ther. 818 (*δάκος*; quo loco sequitur *ἥ τε καὶ ἀσβέστοιο διὲκ πυρὸς οἶμον ἔχουσα* | *ἔσσυται*, tamquam *σαλαμάνδρης* praecedat, cf. Al. 538; similis quoque ratio est loci Al. 4 *ποσίεσσιν φαρμακοέσσαις*, ἅ *τε* i. q. *ποσίεσσιν φαρμάκων*, ἅ *τε*), *σιδηρήεις* Al. 51 (*τρύγα*), *σιδόεις* (de ῐ correpta vide O. Schneideri adn. ad Ther. 243 et cf. *σῐδας* Ther. 887) Al. 276 (*καρπείον*, sed cf. Ther. 72, 870, Al. 489, 609), *σιλφιόεις* Al. 329 (*λίτρην*, contra cf. Ther. 85, Al. 309, 369), *σκορπιόεις* Ther. 654 (*τύμμα*), Al. 145 (*ῥίζεα*; cf. Ther. 887), *τερμινθίς* Al. 300 (*ῥητίνη*), *φαρμακόεις* Al. 4 (*ποσίεσσιν*), 293 (*πόσιες*), *χαλβανόεις* Al. 555 (*ῥίζα*), *χαλβανίς* Ther. 938 (*ῥίζαι*), *χιονόεις* Al. 512 (*δαῖτα*; cf. *νιφάδες χιόνεαι* Anth. Pal. VIIII 244). hoc modo fortasse alii quoque loci, veluti Al. 7 (*ἄρκτον ὑπ᾽ ὀμφαλόεσσαν*, de quo cf. Ritter p. 39 s. v.) et 348 (*συκέης πόσιν ὀμφαλόεσσαν*) explicari possunt.

VI. In eiusmodi enuntiatis, quibus quis venenum quoddam vitare vel remedium quoddam adhibere iubetur, longe saepissime optativus, multo rarius imperativus, rarissime infinitivus imperativi loco legitur. optativus CLVIII^ies^ (XXXXV^ies^ in Ther., CXIII^ies^ in Al.) invenitur, ac sat multis locis (XXI Ther., XXXVI Al.) generis medii optativi leguntur, qui loci plerumque ita sunt comparati, ut optativum in *-οιο* vel *-αιο* desinentem caesura trochaica sequatur, quam ita adamavit Nicander, ut ea in Ther. Alex. carminumque deperditorum fragmentis MLVI^ies^, contra caesura semiquinaria DCXXV^ies^ uteretur (cf. Lingenberg p. 6). huius generis XXXVIII loci sunt, quibus formae aut in *-οιο* vel *-οιτο* (Ther. 83, 519, 612, 629, 652, Al. 311, 361, 376, 434, 553) aut in *-αιο* vel *-αιτο* (Ther. 63, 558, 573, 606, 646, 709, 877, 954, Al. 63, 68, 116, 137, 164, 166, 225, 229, 237, 320, 322, 324, 363, 392, 410, 414, 514, 587, 589, 608) desinentes adhibitae sunt. nonnullis locis (XIII) optativos mediales caesura praecedit vel trochaica vel semiquinaria: Ther. 654, 690, 715, 853, 860, 954, Al. 276, 308, 332, 370, 443, 445, 593. praeterea locis quattuor: Ther. 509, Al. 336, 356, 534 in versu exeunte, duobus: Ther. 601 et Al. 563 in versu medio talis optativus extat. simili ratione optativis aoristi in *-ειας* cadentibus item trochaica succedit caesura his locis: Al. 97, 106, 240, 268, 386, 549,[1]) in Ther. vero talis forma hoc versuum loco omnino non legitur. ceterum in aliis quoque versus sedibus tales optativi collocati sunt, veluti Ther. 85, 186, Al. 140, 154, 202, 309, 319, 336, 484, 512, 595. compluribus locis optativi aoristi in *-αις* desinentes ita usurpantur, ut in versibus ultimis formae bisyllabae (— —) (Al. 110, 142, 153, 301, 320, 347, 411, 602, 611) vel formae trisyllabae (⏑ — —) (Ther. 558, 817, 933, Al. 88, 93, 144, 203)

---

[1]) adde Al. 280 *λήσειεν*.

adhibeantur. his adde locos Ther. 690, Al. 428, 519, 585, quibus optativi in -αις exeuntes in initio versuum, Ther. 886, 930, 942, Al. 65, 171, 587, quibus post caesuram trochaicam vel semiquinariam leguntur. plurimis autem locis (LI) optativi temporis praesentis vel aoristi alterius generis activi in -οις vel -οι desinentes extant, plerumque (XVIII[ies]) ita positi, ut versum concludant formae aut bisyllabae (— —) (Ther. 907, Al. 54, 59, 137, 155, 414, 454, 486, 521) aut trisyllabae (⏑ — —) (Ther. 97, Al. 226, 357, 360, 415, 553, 565, 585, 630). post caesuram trochaicam bisyllabi optativi conspiciuntur *πόροις*: Al. 49, 68, 71, 94, 129, 162, 231, 261, 527, 547, 610 (haec forma uno loco, Al. 574, in alia versus sede comparet), *βάλοις:* Ther. 892, 919, Al. 238, *φέροις*: Ther. 646, Al. 199, 326 (haec forma Al. 91 alio versus loco extat), *τάμοις:* Ther. 849 et 866. eiusdem generis praeterea loci Ther. 128, 598, Al. 45, 369, 592 sunt. rarius autem post caesuram semiquinariam usurpantur formae trisyllabae (⏑ ⏑ —): Ther. 81, Al. 195, 536. porro perpaucis locis id genus optativi versum incohant: Al. 454, 489, 551, neque plus semel in quarto versus pede talis optativus invenitur, Ther. 583. adde locos Ther. 305 (*ἐνείη*), 852 (*ἀπείη*), 949 (*εἴη*), quibus optativus in versu ultimo legitur, Ther. 939 (*εἶεν*), Al. 13 (*πυνθείης*), 465 (*εἰδείης*), quibus versus ab optativis incipiunt. praeterea adnotandum videtur, quamquam longe plurimis locis optativum personae alterius adhibitum videmus, tamen non deesse locos, quibus optativum III personae usurpatum inveniamus, sive de remedio vel veneno quodam verba fiunt (Ther. 85, 186, 305, 509, 519, 583, 598, 852, 939, 949, Al. 45, 280, 336, 521, 595) sive de homine veneno quodam afflicto sermo est (Al. 116, 311, 356, 357, 392, 415, 486, 489, 536, 587).

Imperativi vero multo rarius (LXXXVI[ies]) inveniuntur (XXXXVII Ther., XXXVIIII Al. locis). plurimis autem locis (XXX Ther., XXI Al.) imperativus temporis praesentis medii generis in -εο vel -σο desinens reperitur, ita quidem, ut saepissime (XII Ther., XX Al. locis) quintam versus sedem obtineat — integer eo dactylus efficitur —, cuius generis imperativi sunt: *καταβάλλεο* (Ther. 102, 581, 712, 845, Al. 275), *λάζεο* (Ther. 108 et 838), *αἴνυσο* (Al. 55, 136, 148, 405, 410), *ἐξαίνυσο* (Al. 272), *ἐνικνήθεο*, *ἐγκνήθεο* (Ther. 911 et Al. 368), *ἀπαμέργεο*, *ἀπαμείρεο* (Al. 306 et Ther. 861), *θρύπτεο*, *ἐνθρύπτεο* (Al. 530 et 266). adde locos Ther. 359, 541, 666, 912, Al. 95, 186, 197, 277, 353, 367, 456, 462, 608. novies in Ther. in primo versus pede id genus imperativi collocati sunt: *λάζεο* (610, 648, 856), *φράζεο* (157, 438, 589, 656, 759), *πεύθεο* (700) — cuius generis in Al. nullum extat exemplum — neque minus frequenter ante caesuram quam vocant bucolicam: *πιφαύσκεο* (411, 637, 725), *ὀπάζεο* (60 et 520), *ἀναίνεο* (664), *ἐπιλήθεο* (574), *ἀμέργεο* (864 et 910); unus huc Al. locus referendus est 403 (*ὀπάζεο*). accedunt loci Ther. 396 (*τεκμαίρεν*, a quo versus incipit), 529 (*ἕλεν* post caesuram trochaicam), Al. 74 (*ἐπιφράζεν* item positum). prae-

terea adde locum Al. 463, quo ἐπαιονάασθε, quod Π exhibet atque O. Schneider recepit, propter numerum pluralem satis mirum videtur; neque vero infinitivus ἐπαιονάασθαι, quem reliqui libri tradunt, propter metrum accipi potest; in Aldina ἐπαιονάασσο scriptum est ante O. Schneideri editionem vulgatum, Scaliger autem ἐπαιονάσαιο proposuit, quae coniectura mihi quidem quam maxime arridet; ceterum conferas quaeso ea quae I. G. Schneider p. 226 disputavit. contra minus frequentes sunt loci (VII Ther., XIIII Al.), quibus imperativi generis activi temporis praesentis in -ε exeuntes leguntur, qui modo versum incohant: Ther. 478, 539, 603, 696, Al. 140, 461, 565, modo ante caesuram trochaicam inveniuntur: Ther. 97, 618, Al. 94, 516, 531 (quibus locis formae bisyllabae extant), Al. 461, 593 (quibus plurium syllabarum imperativi reperiuntur), modo alios versus locos occupant: Ther. 474, Al. 206, 327, 366, 399, 515, 601. his accedunt loci Ther. 534, 594, 630, 685, 879 (qui versus ab imperativo ἄγρει incipiunt), Ther. 577 (τίθει), Al. 328 (κίρνα); porro imperativos aoristi generis activi in -σον desinentes[1]) non plus duos inveni Ther. 693 (φύρσον) et 901 (ὑπάμησον); denique imperativus δείδιχθι extat Al. 443 ante caesuram trochaicam, de quo conferas O. Schneideri adn. ad h. v.

Restat ut de infinitivis, qui imperativorum vice positi sunt,[2]) pauca adiciam. cuius generis loci in Ther. XXXV, in Al. IIII conspiciuntur. ac longe plurimis (XVII Ther., II Al.) infinitivi praesentis vel aoristi generis activi in -ειν desinentes inveniuntur. qui loci plerumque ita comparati sunt, ut infinitivus sequatur caesuram trochaicam vel semiquinariam, infinitivi vero bisyllabi trisyllabive sint: πιεῖν (Ther. 562 et 665), πιέειν (Ther. 507, 527, 713; cf. Δ 263), χαδεῖν (Ther. 956 et Al. 58), χέειν (Ther. 105), λιπεῖν (Ther. 625), φέρειν (Ther. 684), πορέειν (Al. 350). adde locum Ther. 944 (καταχνῆθειν). nonnumquam autem id genus infinitivis versus concluduntur (Ther. 109, 572, 643, 667) aut incohantur (Ther. 95, 590, 918). infinitivi vero generis medii in -εσθαι exeuntes — quattuor sunt numero — item ultimam versus sedem occupant: ἑλέσθαι (Ther. 500, 526, 604), βαλέσθαι (Ther. 947). porro infinitivi aoristi activi formae in -αι cadentes (quas in Ther. novies, in Al. bis invenimus) modo in versu ineunte (Ther. 96, 952, 676, Al. 305, 331; tribus locis ultimis ἆσαι extat) modo in exeunte inveniuntur (Ther. 693, 705, 927), modo ante caesuram (Ther. 708, 913) modo post eam (Ther. 560). accedunt Ther. loci quinque, quibus infinitivi aoristi medialis in -ασθαι desinentes leguntur (121, 706, 932 in versus clausula, 498 in primo versu, 564 ante caesuram trochaicam). ab Alexipharmacis

[1]) contra imperativi aoristi generis medii (in -σαι desinentes) a Nicandri carminibus, de quibus disputatur, prorsus absunt.

[2]) vide quae de hac re exposuit Hoehn in libello qui inscribitur 'de infinitivi apud Graecos classicae aetatis poetas usu pro imperativo' Vratislaviae a. 1867 in lucem emisso, hos infinitivos Aratus quoque saepius adhibuit, cf. Witting p. 50.

autem medii generis infinitivi prorsus absunt. neque vero id praetereundum est non paucis (XVII) id genus locis infinitivo participium in nominativo positum[1]) adiungi. quae participia infinitivos aut praecedunt (Ther. 507, 572, 693, 705, 713, 918, 932, Al. 350) aut sequuntur (Ther. 121, 562, 665, 684, 956). quid quod nonnullis locis (Ther. 96, 526, 643, 952) bina participia et ante et post infinitivos posita invenimus.[2])

VII. Ther. 147 (*δίψιος σήψ*) masculinam adiectivi formam pro feminina usurpatam habes, de quo usu apud Nicandrum conspicuo nonnulla dixit R. Volkmann Comm. epp. p. 60 sq. quae cum ita sint, rem perficere atque absolvere in animo est. inveniuntur igitur formae in -*ος* exeuntes feminina notione instructae praeter Ther. 147 his locis: Ther. 173 *χροιὴ αἰόλος*, cf. Aristot. probl. 26, 13 *αἰόλοι ἡμέραι*, 683 *βλωθροῖο πυρίτιδος*, Al. 162 *ἐδανοῖο οἴνης*, 273 *Προμηθείοιο φώρης*, 419 *ἄνευ σμυγεροῖο τιθήνης*, 558 *ἁλίοιο χελύνης*, 573 *καθεφθέον ἠὲ καὶ ὀπτὴν | σάρκα*. quibus adde Ther. 120 *θανάτοιο θοώτερος αἶσα*. qui loci plerumque ita sunt comparati, ut adiectivi forma in -*οιο* desinens ante caesuram trochaicam (Ther. 683, Al. 162, 273, 558) aut in -*ος* vel -*ον* exiens ante bucolicam hiatus vitandi causa inveniatur (Ther. 120, 147, 173, Al. 573). accedunt hi loci: Ther. 284 *τρηχὺν θαλάμην*, Al. 252 *τρηχέι κνίδῃ*, 574 *ἡδέι οἴνῃ* (cf. Theocr. XX 8 *ἁδέα χαίταν*). adde Ther. 180 *ποιφύσσοντος*, quod ad vocabulum *ἀσπίς* refertur, et Al. 528 *κλώθοντα σπάδικα*, quibus locis genus masculinum participiorum feminini loco ante caesuram trochaicam usurpatur. satis multis autem locis adiectiva in -*όεις* exeuntia ita adhibita inveniuntur, veluti Ther. 129 *ψολόεντος ἐχίδνης*, 502 *νιφόεντι δειρῇ*, Al. 171 *ἰόεντα θάλασσαν*, 455 *μορόεντος ἐλαίης*, 473 *δολόεντα ὀρμήν*, 604 *ἀγριόεντα κράδην*, vel in -*ήεις* desinentia, velut Ther. 899 *ἐρευθήεις θρυαλλίς*, Al. 390 *πετρήεντος θαλάσσης*, 492 *ἀραχνήεντι καλύπτρῃ* modo ante caesuram trochaicam Ther. 502, Al. 390, 473, 492, 604 modo in quinto versus pede Ther. 129, 899, Al. 171, 455. qui usus iam apud Homerum satis frequens apud Nicandrum cum ex huius imitatione tum ex rationibus metricis explicandus est. certe uno tantum loco Nicander femininum pro masculino adhibuit metro non cogente, Ther. 944 *χαμηλὴν | ἵππειον λειχῆνα* (nisi forte hic *χαμηλῇ* scribendum est a *χαμηλής* derivandum, cf. O. Schneideri adn. ad Ther. 856).

---

[1]) cf. O. Schneider prolegg. p. 157. quare miror sane quod ille Ther. 121 traditum *δεδοχημένος* in *δεδοχημένον* mutavit; conferas *O* 730, Hes. scut. Herc. 214, Apoll. Rhod. II 408.

[2]) de optativis atque infinitivis apud Nicandrum imperativorum loco usurpatis nonnulla adtulit Witting p. 41 sq. et 50.

Tabula locorum,

de quibus accuratius in hoc libello disputatur.

DE SCHOLIORUM TERENTIANORUM

QUAE SUB DONATI NOMINE FERUNTUR

AUCTORIBUS ET FONTIBUS

QUAESTIONES SELECTAE.

SCRIPSIT

EDUARDUS SMUTNY.[1]

[1]) Eduardus Smutny, seminarii philologi sodalis, hoc opusculo modo absoluto morte immatura consumptus obiit ante kal. Maias a. 1896. in hac commentatione edenda ea ratio observata est, ut neque adderetur quicquam neque detraheretur, sed opusculum tale quale ab scriptore profectum est in lucem emitteretur.

Donatum grammaticum praeter alios libros commentarios quoque in Terentii fabulas conscripsisse testes sunt Hieronymus (Apol. adv. Rufin. I 16) et Priscianus (G. L. III 281, 14 et 320, 13). atque idem nomen in libris manu scriptis prae se fert commentum, quod Aelii Donati v. c. oratoris urbis Romae inscribitur. constat autem id ex tribus partibus, ex vita Terentii, quam ex Suetonio desumptam esse verbis: 'haec Suetonius Tranquillus' indicatur, parvo additamento aucta, ex tractatu de tragoedia et comoedia, denique ex commentariis, quibus singulae fabulae praeter unam, Heautontimorumenon, illustrantur.

Tractatus de tragoedia et comoedia partem priorem (inde ab initio usque ad verba 8, 4 [1]) 'comoedia est fabula', ante quae in codice optimo Parisiaco 7920 haec inscriptio legitur: 'de comoedia') primus F. Lindenbrog editionis Terentii, quae prodiit Francofurti a. 1623, p. 631 sq. Euanthio, grammatico Constantinopolitano, qui Hieronymo in Chronico teste a. p. Chr. n. 358 mortuus est,[2]) vindicare studuit. duo enim quae apud Rufinum Antiochensem in commentario in metra Terentiana (G. L. VI 554, 4—9) leguntur enuntiata ex 'Euanthii commentario Terentii de fabula, hoc est de comoedia' [3]) sumpta in priore huius tractatus parte 5, 17 sq. et 6, 9 sqq. recurrunt. neque vero omnibus viris doctis eius sententia probata est. etenim Reifferscheid (praef. p. 2) incertum esse dicit, utrum verba 'illud vero tenendum est' (7, 7) usque ad 'cognitione gestorum' (8, 3), quippe quae omnino nihil cum superioribus cohaereant, Euanthio an alii tribuenda sint. contra A. Teuber in libello de auctoritate commentorum in Terentium quae sub Aelii Donati nomine circumferuntur (cf. progr. gymn. Eberswald. a. 1881, p. 6) haec optime inter se conecti adfirmat, cum digressione de

---

[1]) usus sum huius tractatus itemque Donati praefationum editione, quam A. Reifferscheid indicibus schol. univ. Vratisl. per hiemes a. 1874/5 et 1875/6 hab. praemisit, cuius paginas et versus indicavi.

[2]) ad Ol. 284, 2: 'Euanthius eruditissimus grammaticorum Constantinopoli diem obit'.

[3]) Keil verba 'hoc est de comoedia' tamquam spuria seclusit. ego autem nihil mutem, cum enuntiata illa re vera in ea tractatus parte, qua de comoedia agitur, legantur neque Rufinum ipsum huius tractatus titulum indicare voluisse persuasum habeam, quem '(commentum) in Terentii fabulas' fuisse suspicatus est C. Dziatzko Mus. Rhen. XXV 438.

Terentii virtutibus facta scriptor recte ad singulas comoediae species revertatur, sed tractatum propter sententiarum verborumque concentum, qui inter locos aliquot eius et Donati praefationum sine dubio ad hunc ipsum referendarum intercedit, totum ab Euanthio abiudicat.[1]) neque tamen quod expectes Donato eum totum uel partem aliquam tribuit, sed propter tenue et exile dicendi genus, propter quaedam absurde dicta et mire confusa hunc libellum a magistello quinti fere saeculi aliorum atque in primis Donati scriptionibus adhibitis compositum esse contendit. at ut primum de dicendi genere verba faciamus, profecto non est, cur Euanthium tali sermone usum esse negemus. deinde quae de Homeri Iliade et Odyssia 4, 5 sq. leguntur certe non absurda dicenda sunt, cum simillima in Aristotelis libro de arte poetica 4, p. 1448 b inveniantur.[2]) neque magis in eis quae de comoedia et dramate satyrico Graecorum et satira Romanorum 5, 7—15 referuntur offendes, si reputaveris Varronem propter argumenti similitudinem comoediam veterem Graecorum et satiram Romanorum comparavisse.[3]) quodsi ex Horatio Sat. I 4, 1 sqq. et Livio VII 2, 6 sqq. homines doctos illam Varronis sententiam alios alio modo interpretatos esse cognoscimus, num id mirabimur quod grammaticus quarti p. Ch. n. saeculi satiram Romanorum a vetere Graecorum comoedia profectam esse dixit ita, ut illud Quintiliani Inst. or. X 1, 93 'satira . . . tota nostra est' omnino non curaret? neque magis puto id mirum nobis videbitur, quod, cum de satirae nominis origine disputat, hoc a satyris derivandum esse dicit,[4]) aliis quae prolatae erant originationibus tamquam pravis reiectis.[5]) ex argumentis igitur a Teubero prolatis duo tantum remanent, unum, quod 7, 7 optime cum eis quae antecedunt cohaerere statuit, alterum quod inter priorem tractatus partem et Donati praefationes similitudines quasdam intercedere dicit, quae ad compilatorem qui Donati opere usus fuerit redeant. sed si diligentius examinaverimus quid sibi scriptor tractandum proposuerit, potius priorem partem commenti 7, 6 finiri existimabimus. nam de initiis tragoediae et comoediae horumque

---

[1]) cf. Tr. 5, 22 . . . 6, 4 et praef. Andr. 5, 3 sq., Eun. 10, 6 sq., Ad. 7, 1 sq. — Tr. 6, 7 sqq. et praef. Andr. 4, 4 sq., Ad. 7, 15 sq., Hec. 12, 23; 13, 9 — Tr. 6, 13 sqq. et praef. Hec. 12, 24 sqq. — Tr. 7, 4 sqq. et praef. Phorm. 14, 20 sqq.

[2]) cf. F. Leo Mus. Rhen. XXXVIII 327 et E. Scheidemantel in dissertationis, quae inscribitur: 'Quaestiones Euanthianae' Lipsiae a. 1883 emissae p. 10.

[3]) cf. quae apud Diomedem, cuius praecipui fontes Varro et Suetonius sunt, G. L. I 485 leguntur. adde quae F. Leo Hermae vol. XXIIII 67 sqq. et Mus. Rhen. XXXVIII 327 sqq., O. Iahn Hermae vol. II 225 sqq. et Mus. Rhen. VIIII 629 sq. disputaverunt.

[4]) eadem sententia legitur apud Diomedem p. 485, 34 sqq. ac fortasse in tractatu 5, 7 et 9 cum codice Parisiaco 'satyra' scribendum est.

[5]) scriptorem Varronis de satirae nominis origine sententiam cognovisse fortasse eo probatur, quod eodem modo quo Diomedes rettulit: 'satira . . . a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro vocitatum' 5, 7 sqq. haec apud eum leguntur: 'satira . . . a satyris vocitata est.'

nominum originatione ea tantum quae maxime necessaria sunt explicat, quae autem 'proprie de tragoedia dicenda sunt titulo propositi operis instans in alia tempora differt' de fabulis, quas Terentius imitatus est, dicturus.[1]) atque ubi in comoediae generibus explicandis ad novam comoediam pervenit, quae 'praecipue Menandri Terentiique est', quamquam multa de ea dicenda esse fatetur, tamen ei sufficit 'veluti admonendi lectoris causa quod de arte comica[2]) in veterum chartis continetur exponere' (5, 20 sq.). hac igitur re perfecta (5, 22—7, 6) quae sibi proposuit scriptor perfecit neque quicquam praeterea eum expositurum esse expectamus. accedit alia res. cum in universum iudicanti[3]) sententiae usque ad 7, 6 apte inter se excipiant, in eis quae sequuntur iam certus rerum ordo conspicitur. etenim 7, 7 sq. fabulae Latinae genera enumerantur, 7, 11 sqq. explicatur quomodo tragoedia et comoedia inter se differant, 7, 18 sqq. Livius Andronicus primus fabulae Latinae auctor nominatur,[4]) 7, 19 sq. de triplici comoediae specie, denique 7, 21 sq. de quattuor comoediae partibus agitur. priorem igitur partem usque ad 7, 7 pertinere et verbis 7, 6 opusculum absolutum esse mihi persuasi. quam partem cur ab Euanthio abiudicemus nulla profecto causa est. nam similitudines illae, quae inter eam et Donati

---

[1]) 4, 12 interpolationis suspicionem mihi movent verba 'iam dicamus'. nam ut nunc interpungitur enuntiatum: 'postquam demonstrandae originis causa de utriusque generis initio diximus quod necesse est, iam dicamus', quomodo haec construenda sint non intellego. adde quod paulo ante verba 'iam loquamur' leguntur. quam ob rem interpunctione immutata hoc enuntiatum ita legendum esse puto: 'at nos ea quae proprie de tragoedia dicenda sunt . . . in alia tempora differamus et de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est, postquam demonstrandae originis causa de utriusque generis initio diximus, quod necesse est [iam dicamus].

[2]) Leo Mus. Rhen. XXXVIII 327 'de arte chorica' scribendum esse censet, cum verba 'de arte comica' non habeant quo referantur, 'chorica' autem eo, quod in sequentibus primum de choro veteris et novae comoediae sermo sit, commendetur. sed cum haec explicatio brevissima sit, cetera autem quae sequuntur maxime in Terentii arte explicanda versentur, malim hunc locum ita constituere: 'haec νέα κωμῳδία . . . praecipue Menandri Terentiique est. de quo cum multa dicenda sint, sat erit . . . quod de arte comica in veterum chartis continetur exponere'.

[3]) bis mihi eadem res explicari videtur eis quae 6, 15 sqq. et 6, 19 leguntur, quod, si enuntiatum: 'haec cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quod et amorem ('mortem' Scheidemantel, p. 61) retinuit, ut comoediam scriberet, et temperavit affectum, ne in tragoediam transiliret' et paulo post alterum: 'illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimicam vilitatem' inter se contuleris, facile concedes. quam ob rem vide num alterum ab alio homine adiectum sit. certe adiectivum 'Terentianus', quod saepius in praefationibus invenitur (Andr. 6, 10, Eun. 10, 22, Ad. 6, 18; 7, 18) in hac commenti parte praeter hunc locum non legitur et verba ultima 'neque . . . vilitatem' conspirant cum eis quae 7, 11 extant: 'mimos ab diuturna imitatione vilium rerum'.

[4]) hoc enuntiatum Dziatzko Ann. phil. suppl. X p. 687, adn. 3 aliunde adiectum esse putat, cui adsentitur Scheidemantel p. 13.

praefationes intercedunt, non tantae sunt, ut iis multum tribuatur. certe eiusmodi res veluti de personis protaticis a Terentio adhibitis, de bonis meretricibus a Terentio primo in scaenam inductis, de locupletiore Hecyrae argumento a quolibet qui Terentii fabulas diligentius legerat observari atque isdem fere verbis proferri potuerunt.

Commenti partem inde a 7, 7 usque ad 8, 3 cum eis quae antecedunt non cohaerere me probavisse puto. ante verba 8, 4 'comoedia est fabula' in Parisiaco scriptum esse: 'de comoedia' iam supra diximus. qua inscriptione quin novam commenti partem incipere significetur, nemo, opinor, dubitabit. quamquam aptam esse hanc inscriptionem haud facile concedas, cum magna parte eorum quae sequuntur (8, 24—9, 15) non solum de comoedia, sed etiam de tragoedia agatur. ac fortasse haec inscriptio inde orta est, quod hoc loco sex deinceps enuntiata a vocabulo comoedia ordiuntur (8, 4. 6. 7. 12. 13. 14). quam ob rem hac inscriptione neglecta quis sit rerum sententiarumque ordo in hac commenti parte consideremus. iam vero quae 7, 7—21 sqq. contineantur supra habes exposita. veniamus igitur ad cetera. 8, 4 sqq. de comoediae, 8, 24 sqq. de tragoediae origine et nomine agitur, 9, 23 sqq. iterum fabularum genera enumerantur, 10, 1 sq. de personarum usu, 10, 2 sqq. de fabularum inscribendarum ratione exponitur, 10, 5 sqq. tertium fabularum genera atque 10, 8 sqq. iterum quattuor fabulae partes enumerantur earumque notio explicatur. quae inde ab 11, 1 usque ad finem leguntur, quamquam eis in universum de fabulis poetisque scaenicis agi videtur, tamen ita comparata sunt, ut, si excipias quae 11, 11 sq. et 12, 3 sqq. de scaenae apparatu, 11, 13—12, 3 de histrionum vestitu dicuntur, didascaliarum serie observata de ordine, quo et fabularum et poetarum nomina proponebantur (11, 1 sq.), de ludis quibus fabulae agebantur (11, 7 sqq.), de diverbiorum[1]) pronuntiatione (12, 7), de canticorum modis quique eos fecerint et quomodo diverbia et cantica significata sint (12, 7 sqq.), denique de tibiis verba fiant. vides igitur duas tantum particulas maioris ambitus esse (8, 3—9, 22 et 11, 13—12, 3), cetera, id quod recte animadvertit Schopen Mus. Rhen. t. I. vet. ser. (1827) p. 155[2]), nihil aliud quam fragmenta sunt neque consilio quodam consociata neque ordine ullo disposita.

Ea pars, qua 8, 3—9, 22 continentur, variorum scriptorum de comoediae nomine et origine sententias conglutinatas exhibet. initium capitur a comoediae definitione Graeca, quam ad Theophrastum redire a Diomede (G. L. I 488, 3, cf. 487, 11) edocemur. sequuntur 8, 7 ea quae Cicero (fragm. XII Hortensii coll. Usener) de comoediae natura dixit, ita tamen,

---

[1]) diverbia scripsi ea secutus quae Ritschl Mus. Rhen. XXVI 625 adn. 58, Bücheler Ann. phil. CIII 273 sq., Bergk Philol. XXXI 231, adn. 5 disputaverunt. contra Dziatzko Mus. Rhen. XXVI 101 sqq. et Ann. phil. CIII 819 sqq. formam deverbia tuetur.

[2]) cf. Leo Mus. Rhen. XXXVIII 327 sqq.

ut demum 8, 15 adiciatur, id quod Scheidemantel p. 16 cognovit, quare post ‘ait’ ‘Cicero’ inseruit. mox 8, 19 sq. ea quae apud Vergilium Georg. II 380 sq. leguntur — respicit ea Euanthius 3, 5 — scriptor suis verbis iisque plerumque contortis reddidit.[1] tum ex Horatii de arte poetica XIIII versus inde a CCLXXV adferuntur, quamquam ad ea quae confirmare vult demonstranda, Aeschylum tragoediam provexisse atque amplificavisse sex primi plane sufficiunt.[2] quae autem de tragoediae et comoediae nomine et origine auctore non indicato proferuntur ad Euanthii doctrinam referenda sunt (cf. 8, 10. 19 et 3, 11; 8, 24 sqq. et 3, 2 sqq.; 9, 6 et 4, 2). quem eodem modo quo eum qui illa conscripsit communem de his rebus opinionem amplexum esse[3] edocemur prolegomenis de comoedia scholiis in Aristophanem praemissis et eis quae Diomedes G. L. I 487, 11 sq. et 488, 3 rettulit, ubi eaedem res eadem fere ratione explicantur.[4] itaque quod Teuber p. 6 pronuntiavit magis quam demonstravit, ea quae 8, 4—9, 23 leguntur a compilatore profecta esse, hac disputatione comprobavisse mihi videor. quae res eo quoque quod durissima singulorum enuntiatorum est coniunctio confirmatur. sexies in enuntiatis vocabulum ‘comoedia’ primo loco positum est (8, 4. 6. 7. 12. 13. 14), sexies enuntiata particula ‘autem’ conectuntur (8, 8. 12. 18. 21; 9, 1. 6.), quater coniunctionibus causalibus (nam 8, 16; namque 8, 18, 24; enim 9, 4), quater tantum alio modo (cf. vero 8, 12; nec 8, 22; qui 9, 2. 4), bis nullum omnino vinculum invenitur (8, 6 sq. 13 sq.).

Altera pars quae maioris est ambitus hoc quo nunc traditus est loco nequaquam apta esse videtur, cum eo enuntiatorum ordo interrumpatur.[5] praeterea lacuna hiat in initio ac fortasse quoque post verba 12, 1 ‘meretrici ob avaritiam luteum datur’ est statuenda, cum explicatione: ‘syrmata dicta sunt ab eo quod trahuntur’ nos quae persona syrmatis induta fuerit non edoceamur.[6] auctor autem huius partis idem atque is qui reliqua, quae fragmentorum nomine cum Schopeno significanda esse supra dixi,

---

[1]) quodsi eius verba cum Vergilii versibus contuleris, videbis neque ridicula esse quae dicit ‘in pratis primum mollibus’, id quod Teubero p. 6 visum est, neque Leonis coniecturam (l. c. p. 328) ‘in pratis primum et collibus’ accipiendam.

[2]) ceterum hic locus, qui sine dubio male traditus est, fortasse restitui potest coniectura, quam Scheidemantel p. 15, adn. 1 proposuit, recepta: ‘post ea Aeschylus secutus prioris exemplum amplificavit’.

[3]) cf. praeterea ea quae 7, 7—8, 3 exponuntur.

[4]) cf. Suidas s. v. τρυγῳδία et Laert. Diog. III 34, 56, E. Hiller Mus. Rhen. XXXVIIII 321 sqq., F. Susemihl Rev. de phil. XVIIII 197 sqq., Th. Bergk, Hist. litt. Graec. III 12, adn. 30.

[5]) certe in tractatu ultimo de adparatu quoque scaenae (cf. 11, 11 de ara, 12, 3 de aulaea) et de histrionum vestitu agebatur.

[6]) verba: ‘puellae habitus peregrinus inducitur’ cum Scaligero (cf. F. Wieseler ‘Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens’ p. 79) recte se habere puto neque

mihi fuisse videtur. quae frustula scilicet plena sunt difficultatum. etenim ter, sed non isdem verbis de fabulae Latinae generibus (7, 7 sqq., 9, 23 sqq., 10, 5 sqq.), bis, sed verbis immutatis de quattuor fabulae partibus agitur 7, 21 sqq., 10, 9). adde quod singula enuntiata neque iusto inter se excipiunt ordine[1]) et miris sane erroribus scatent. at idem errores in singularum fabularum praefationibus, quippe quibus res simillimae contineantur, recurrunt, quare Teuber quaestione de veritate eorum quae hic et illic exponuntur omissa, sed locis aliquot tantum similibus comparatis ea quae inde a 9, 24 in commento leguntur Donato utpote praefationum auctori tribuit. contra Scheidemantel rem ita constituit, ut commenti partem posteriorem inde ab 8, 3 ad Donatum tamquam auctorem referret, priorem vero simulque praefationes illas ad Euanthium.[2]) quae cum ita sint, ut in hac sententiarum diversitate quid verum habendum sit exploretur, praefationes mihi accuratius examinandas esse existimo.

Rectissime Scheidemantel p. 25—28 omnium primum inquirendum esse dixit, num re vera ab uno auctore omnes praefationes vel praefationum partes profectae esse viderentur. constant autem praefationes illae ternis partibus, quarum in prima eodem fere semper ordine servato nomen fabulae eiusque origo commemorantur et auctor Graecus nominatur, tum utrum comoedia motoria an stataria an mixta sit inquiritur, deinde quibus personis singulae partes adsignandae sint exponitur et de singulis fabulae partibus disputatur, denique didascaliae proferuntur, quibus pauca de diverbiis et canticis et personis protaticis adiciuntur. altera parte argumenta fabularum enarrata habes. tertia in singulis actibus constituendis versatur. iam cum bis in prima parte disertis verbis ad tertiam (praef. Ad. 7, 5, Hec. 12, 16) delegemur, praeterea argumentorum enarrationes tamquam fundamenta sint, in quibus illa de singulis actibus distinguendis doctrina exstruatur, denique inter omnes partes, sive eandem fabulam sive diversas spectas, similitudines quaedam intercedant, re vera ab uno homine omnes praefationes conscriptas esse Scheidemantel conclusit. quod si partem tertiam respicimus, his argumentis modo prolatis unum addere licet. etenim in actuum Andriae, Hecyrae, Phormionis distributione argumenta inseruntur numeralibus ordinalibus cum vocabulo 'actus' coniunctis ita, ut primo actui

---

opus esse correctura, quam Dziatzko Ann. phil. suppl. X, p. 688 adn. 3 commendavit. ceterum quae hoc loco explicantur simillima sunt eis quae Pollux IIII 116—120 enarrat. unde apud hunc in sectione 120 ultima *σύρματα* pro eo quod libris traditum est *συμμετρία* restituere non dubito.

[1]) quodsi ea iusto ordine disponere velles, hoc fere modo ea constituenda essent: 9, 24—10, 1; 7, 7—11; 10, 5—8; 7, 21—8, 3; 10, 8—18; 10, 2—5; 11, 1—10; 12, 7 usque ad finem; 11, 11 sq.; 12, 3; 11, 13—12, 3. restant ea quae 10, 1 sq. de personarum usu explicantur, quae quo loco ponenda sint plane incertum est.

[2]) cf. in primis eius dissertationis pp. 31 et 46.

nominativus, alteri genetivus, tertio dativus, quarto accusativus, quinto ablativus cum praepositione 'in' coniunctus respondeat. qua de re conferas quaeso hanc tabulam:

Andr.	primus actus continet	nom.
Hec.	„ „ „	
Phorm.	„ „ est in c.	
Andr.	secundi actus haec sunt	gen.
Hec.	„ „ tenor in hoc est	
Phorm.	„ „ tenor continet	
Andr.	tertio actui haec attribuuntur	dat.
Hec.	„ „ „ ascribuntur	
Phorm.	„ „ attribuitur	
Andr.	quartum actum per haec intellegimus	acc.
Hec.	„ „ haec complent	
Phorm.	„ „ ista concelebrant	
Andr.	in quinto actu disputatio est	abl. cum praep. 'in'
Hec.	„ „ „ inducitur	
Phorm.	„ „ „ Phormio accipit	

sed in altera Hecyrae praefationis parte miros nos habet, quod, cum in Andriae Adelphorum Eunuchi Phormionis praefationibus argumenta copiosius explicentur (veluti versibus XII, XVII, XVIII, XX in Reifferscheidii editione) et iterum iterumque personarum singularum nomina repetantur, Hecyrae argumentum brevissimum est (sex enim id versibus concluditur) et unius Pamphili semel in eo nomen exhibetur. quam ob rem hoc argumentum olim senariis compositum ac deinde in prosam orationem redactum esse puto, cuius rei etiam nunc certa vestigia deprehendere licet, cum singulis tantum verbis transpositis — id quod versibus hoc modo translatis semper fieri solebat[1]) — et quibusdam omissis hi trimetri iambici restitui possint:

Vitiátam in tenebris ánulum cui extórserat,[2])
Uxórem duxit[3]) *grávidam ex compressú suo.*
Proféctus peregre[4]) *cúm reliquissét domi*

[1]) non nego sane senarios facillime aliis quoque locis statui posse, id quod recte Leo p. 322 et 323, adn. 1 animadvertit, sed circumspecte de eiusmodi locis iudicandum est. certe si quis ex schol. Ad. III 1, 6 et III 2, 14 hos senarios elicere velit:

Et sémper, non ad ómne tempus réttulit
Sed nunc pro utroque 'hanc' díxit ut Sallústius,

risum omnibus movebit.

[2]) 'tenebris ante nuptias cui anulum extorserat meretricem amans dum ignorat Pamphilus' R.

[3]) 'duxit uxorem' R.

[4]) 'quam peregre profectus' R.

Rediéns parientem offéndit ad matrém suam[1]).
Quaré commotus dúm invitis paréntibus
Parát repudium caúsam nesciéntibus,
Cognóscit tandem pér meretricis ánulum
Vitiátam uxorem et éx se natum fílium[2])

sed ea re vim ceterorum argumentorum nequaquam infringi puto. de uno igitur praefationum omnium auctore dubitari non potest.

Quae cum recte disputavisset Scheidemantel, in alia re tamen sine dubio erravit. iam supra p. 100 diximus hanc eius esse sententiam: Euanthii tractatum usque ad 8, 3 pertinere atque ab eodem praefationes compositas, ea autem quae in commento inde ab 8, 3 leguntur ad Donatum referenda esse. quam sententiam ut confirmaret, dum in similitudines quae inter Euanthium vel Donatum et praefationes intercedere videntur inquirit, id sibi invenisse visus est, maiorem, si Euanthium et praefationes conferas, similitudinum esse numerum. addidit praeterea ea quae comm. 10, 9 sqq. de vocabuli prologi etymologia dicuntur adversa fronte cum explicatione quae in praef. Phorm. 14, 23 sqq. legitur pugnare. talibus igitur nisus argumentis p. 29 praefationes a Donato scriptas esse negat. at neque omnes similitudines enumeravit neque de eis quas protulit recte iudicavit. adde quod difficultates in eiusmodi rebus, quae inter se pugnare videntur, facili negotio expediri possunt. sed iam ad singula veniamus.

In Euanthio igitur et praefationibus has similitudines, quas summatim littera A significabo, se invenisse dicit: I. de personis protaticis agitur: comm. 6, 7 sq. et praef. Andr. 4, 4 sq., Ad. 7, 15, Hec. 12, 23 sq.; 13, 9; adde Eun. 10, 16, Phorm. 14, 19. — II. de bonis meretricibus, quas Terentius primus in fabulas induxisse dicitur: comm. 6, 13 sq. et praef. Hec. 13, 2. — III. de locupletioribus fabularum argumentis: comm. 7, 4 sq. et praef. Phorm. 14, 20 sq. — IIII. de quattuor fabulae partibus: comm. 7, 21 sq. et praef. Andr. 3, 7 sqq., Ad. 7, 6 sqq., Eun. 10, 3 sqq., Hec. 12, 18 sqq. — V. utrum fabula motoria sit an stataria an mixta (cf. p. 34): comm. 7, 19 sq.[3]) et praef. Andr. 3, 4 sq., Ad. 6, 17 sqq., Eun. 9, 21, Hec. 12, 13 sq., Phorm. 14, 7 sqq.[4]) contra Donati commentum et praefationes his tantum quattuor locis, quos summatim littera B designabo, congruere: I. de poetarum in

---

[1]) 'offendit furtim et apud matrem suam.' R.

[2]) 'quare commotus dum repudium invitis parentibus et causam repudii nescientibus parat per meretricem, apud quam anulus inventus est, cognoscit tandem et a se vitiatam uxorem et ex se natum filium' R.

[3]) minoris momenti est concentus inter comm. 7, 14 sq. 'et illic (in comoedia) prima turbulenta, tranquilla ultima' et praef. Andr. 3, 9 sq., 6, 4 sq., Ad. 8, 14 sq. (cf. Scheidemantel p. 26 et 32). adde praeterea Eun. 12, 7 sq., Phorm. 16, 6.

[4]) hunc commenti locum respici, non alterum 10, 9 sq., cum hic locus eis quae in praef. Phorm. 14, 23 sq. leguntur repugnet, contendit Scheidemantel p. 29.

fabulis inscribendis ratione agitur: comm. 10, 2 sqq. et praef. Andr. 3, 1, Ad. 6, 17, Eun. 9, 20; adde Hec. 12, 11, Phorm. 14, 6. — II. de nominibus poetarum saepius altero loco positis (cf. p. 18): comm. 11, 1 sq. et praef. Andr. 3, 14 sq., Ad. 7, 18, Eun. 10, 19. — III. de tibiis adhibitis: comm. 12, 11 sq. et praef. Ad. 7, 11, Eun. 10, 12. adde Andr. 3, 12, Hec. 12, 21, Phorm. 14, 16. — IIII. de diverbiis et canticis: comm. 12, 7 sq. et praef. Ad. 7, 12 sq. adde Andr. 4, 1 sq., Eun. 10, 15 sq., Hec. 12, 22 sq., Phorm. 14, 17 sq.

Sed ex locis similibus littera A a me significatis tres primi, id quod iam p. 97 sq. contra Teuberum dixi, ita comparati sunt, ut quilibet qui diligentius Terentium perlegisset easdem res atque isdem fere verbis adnotare potuerit, quartus autem locus et quintus ex ea tractatus parte deprompti sunt, quam ab Euanthio alienam esse probavi. restant igitur loci sub littera B comprehensi. atque horum numerum imminuere studet Scheidemantel. ea enim quae de titulis fabularum pronuntiatis leguntur comm. 11, 1 sq. et in praef. Andr. Ad. Eun. tamquam spuria notat itemque ea quae in comm. 10, 2 sqq. et in praef. Andr. Ad. Eun. — omisit enim locos in praef. Hec. 12, 11 et Phorm. 14, 5 — de poetarum in fabulis inscribendis ratione exposita sunt nullo alio argumento nisi his usus, quod verbis illis eiectis nihil omnino desideretur et quod haec omnia plena sint errorum. at prius argumentum nihili plane esse non est quod pluribus demonstrem. neque vero altero id quod Scheidemantel vult comprobatur. non enim solum haec omnia, sed etiam cetera quae in praefationibus et scholiis de eiusmodi rebus tradita sunt plena esse errorum viri docti, qui de didascaliis aut de singulis earum partibus disputaverunt, demonstraverunt.[1]) etenim haud raro quae ibi exposita sunt pugnant cum eis quae in didascaliis codicis Bembini eorumque librorum, qui ad recensionem Calliopianam redeunt, leguntur et quae occasione oblata a Diomede G. L. I 491, 22 sqq. (de diverbiis et canticis), 489, 11 sq. (de personarum usu), 492, 9 sqq. (de tibiis) commemorantur. de aliis rebus, veluti de prologorum generibus[2]) et de poetarum in fabulis inscribendis ratione, cum praeter ea quae in praefationibus et scholiis extant alia commenta nobis praesto non sint, haud facile diiudicari potest, utrum scholiasta ea quae apud veteres exposita invenit male in rem suam converterit aut ipse, dum res explicare conatur,

---

[1]) de omnibus didascaliarum partibus egerunt F. Ritschl Mus. Rhen. I 29 sqq. (cf. in primis pp. 55 sq.), Dziatzko ibid. XX 570 sqq., XXI 64 sqq., XXXVIIII 339 sqq., de diverbiis et canticis viri docti, quorum p. 98, adn. 1 mentionem feci, de tibiis adhibitis A. Boeckh Opusc. VII 163 sqq., de ludis scaenicis L. Friedländer in ench. Ant. Rom., quod ediderunt I. Marquardt et Th. Mommsen, vol. VI² 497 sqq., de titulorum pronuntiatione Dziatzko in libro qui inscribitur: 'Quaestiones selectae de prologis Plautinis et Terentianis' p. 12 et 35 sq., de fabularum numeris H. T. Karsten Mnemos. n. s. XXII 178 sqq.

[2]) cf. Dziatzko 'Ueb. d. plaut. Prologe' progr. Lucern. 1866 p. 12 sqq., Fr. Leo 'Plaut. Forsch.' p. 203 sqq.

errores illos commiserit. neque vero hanc quaestionem totam denuo instituere mihi in animo est, quippe quae ad id quod mihi proposui non pertineat, sed hoc solum moneam, ne unum quidem ex omnibus quos in adn. 1 enumeravi viris doctis ea quae Scheidemantel spuria esse contendit pro additamentis habere, immo secundum Dziatzkonem, gravissimum in eiusmodi rebus auctorem, si locum de tibiis exceperis, ea haud spernenda esse.[1]) quodsi porro Scheidemantel dicit locum in praef. Phorm. 14, 23 sqq.: 'Prologus correpte *ἀπὸ τοῦ προλέγειν* dicitur, non producte *ἀπὸ τοῦ πρωτολογεῖν*; nam officium prologi ante narrationem rei quidem semper est, verum tamen et post principium fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioso[2]) et apud ceteros magnae auctoritatis veteres poetas' pugnare cum eis quae comm. 10, 9 sqq. leguntur: 'Prologus est prima dictio, a Graecis dicta *πρῶτος λόγος*, id est antecedens veram fabulae compositionem elocutio', ante omnia reputes quaeso loci quem modo adtulimus nequaquam certam scripturam esse. nam in codice Parisiaco verba 'id est ... elocutio' desunt neque hoc loco quomodo ea omissa sint eadem ratione qua aliis locis[3]) explicari potest, ut librarium ab eodem vel simili vocabulo ad alterum eiusmodi aberravisse dicamus. sed sive cum Parisiaco sive cum ceteris facimus, tamen hic locus suspicionem movet. etenim ut omittam nos talem explicationem in praefatione ultimae demum fabulae non expectare, nonne in hac praefatione iam 14, 11 sq. de prologi reliquarumque fabulae partium natura abunde verba facta sunt ita, ut scriptorem didascaliis eisque quae de personis protaticis et locupletiore argumento dicenda erant explicatis modo ad argumenti enarrationem transiturum esse putandum sit? verum non ita res se habet, sed nulla coniunctione addita verba illa sequuntur. quae cum ita sint, ea interpolata esse mihi persuasi. neque vero quae eius rei causa fuerit ignoramus. quater enim locis in Terentii prologis verbum 'prologus' adhibitum est, tribus locis (Andr. prol. 5, Heaut. prol. 11, Hec. prol. II 1) ita, ut prima syllaba producatur, uno autem ita, ut haec syllaba corripiatur, in Phorm. prol. v. 15 '*nullum ínvenire prólogum potuisset novos.*'[4]) ad hunc igitur versum aliquis scholion adiecit significaturus verbum prologum contra morem syllaba prima correpta adhibitum esse.

Iam si argumenta, quibus Scheidemantel praefationes ab Euanthio conscriptas esse comprobare studuit, nullius momenti sunt, quid quaeso impedit quominus eas a Donato profectas esse statuamus?[5]) atque haec res eo quoque probari videtur, quod quae praef. Eun. 9, 19 sq. et Ad. 6, 11

---

1) cf. Mus. Rhen. XX 582 et 594 sq., XXI 71 et 85.

2) II 79—155.

3) cf. comm. 5, 22 sq.; 8, 25 et 9, 2; praef. Andr. 4, 19 sq. Ad. 8, 14 sq.

4) notum est Bentleium mendum quod huic versui inest sustulisse coniectura 'posset' prolata, quam omnes qui eum secuti sunt editores receperunt.

5) cf. ea quae F. Leo Mus. Rhen. XXXVIII 326 exposuit.

leguntur in Donati arte G. L. IIII 375, 24 sqq. et 377, 1 recurrunt.[1]) iam qui praefationes Donato tribuit, is profecto concedat necesse est ea quae comm. 7, 7—8, 3 et 9, 23[2]) usque ad finem exponuntur propter memorabilem inter haec et praefationes concentum[3]) magnam certe partem ad Donatum redire, qui, cum praef. Ad. 7, 9 se de comoedia quaedam scripsisse dicit, locum qui comm. 7, 21 sq. extat respexit. sane adnotationibus quibusdam bis terve repetitis pessimoque rerum enarratarum ordine docemur hanc commenti partem non ab ipso Donato, sed tantum libello eius adhibito a quodam temporis posterioris scriptore, de quo nihil omnino statui potest, compositum esse.[4])

His expositis ad id de quo mihi in hoc opusculo in primis agendum est veniamus, ad Donati quae vocantur scholia, in quae accuratius inquirere constitui, ut quae ad Donatum ipsum redirent quaeque aliis tribuenda essent explorarem.[5]) etenim non ab uno homine ea conscripta esse iam omnes

[1]) similia sane habes apud Diomedem G. L. I 328, 32 et Charisium G. L. I 154, 4 sq., unde Scheidemantel p. 45 haud iure conclusit praefationes Euanthio adscribendas esse.

[2]) enuntiatum 8, 12 sq. 'comoedia . . . consistit', quod neque cum antecedentibus neque cum sequentibus cohaeret, sine dubio ex eo quo nunc extat loco movendum atque huc transponendum est.

[3]) locis modo commemoratis adde hos quos Scheidemantel p. 17 et 19 obiter tantum perstrinxit: comm. 10, 1 sq. de personis adhibitis, quibus respondent praef. Eun. 10, 11 sq., Ad. 7, 10 sq.; comm. 11, 6 sq. de ludis, quibuscum congruunt praef. Andr. 3, 10, Ad. 7, 9, Eun. 10, 10, Hec. 12, 20, Phorm. 14, 14 sq. non respexit locos inter se concinentes, comm. 12, 10 sq. 'qui huiusmodi modos faciebat nomen in principio fabulae post (sic scripsit Dziatzko Ann. phil. suppl. X 689) scriptoris et actoris superponebatur' et praef. Andr. 3, 12, Eun. 10, 12, Hec. 12, 21, Phorm. 14, 16, quo loco Flaccum modos fecisse legimus.

[4]) Donatus in hac commenti parte nullo loco quem auctorem secutus sit disertis verbis indicat, sed tantum huiusmodi verbis, veluti 'nonnulli, quidam', utitur (cf. 10, 6. 14; 11, 16; 12, 9). locum de aulaeis ex regia Attalica Romam perlatis comm. 12, 3 ad Varronis de vita populi Romani librum III redire ex Nonio II 200 L. M. compertum habemus. in praefationibus in universum auctores quos adhibuit item significat hoc modo: 'quidam, sunt qui dicunt, dicitur, dicuntur' (cf. Ad. 6, 20 (bis), 22; 7, 18; Hec. 12, 10; Phorm. 14, 4). sed Hec. 13, 24 Varronem nominat, qui quoque Andr. 6, 9 et Ad. 7, 5 verbis 'antiqui' et 'docti veteres' designatur. ipsum commentum (7, 21 sq.) respicit Ad. 7, 9.

[5]) magno opere sane dolendum est editionem horum scholiorum quae codicibus collatis certum rei criticae faciendae fundamentum praebeat adhuc desiderari. nam quamquam quidam viri docti in eis emendandis non infructuosam operam collocarunt, non tamen plerumque ipsos libros manu scriptos adierunt, sed textu qui in editionibus antiquissimis extat perlustrato hic illic coniectura scripturam genuinam restituere conati sunt. de codice optimo Parisiaco lat. 7920 saeculi XI, qui praeter Terentii vitam et Euanthii commentum scholia ad Andriam et Adelphos I, 1, 1—40 continet, disputaverunt Ritschl et Reifferscheid. exiguum librorum numerum, quos Ritschl noverat, auxit Dziatzko codice bono Bodleiano Canoniciano lat. 95 addito, de quo exposuit Ann. phil. suppl. X 675 sqq. sed nuper demum R. Sabbadini in corporis quod inscribitur studi Italiani di filologia classica voluminibus II p. 1 sqq. et III p. 249 sqq. editionem adparatu critico instructam emittere coepit. prodierunt adhuc scholia ad duos primos Eunuchi actus, ad Andriae actus alterius scaenam quartam, ad Hecyrae actus quarti scaenae primae versus 1—21, ad Phormionis actus alterius scaenam

viri docti consentiunt, sed si quaeres quomodo composita sint, duas in primis sententias extare invenies inter se diversas, neque tamen ita comparatas, ut omnino consociari non possint. atque unam L. Schopen iam ante hos LVI annos in dissertatione de Terentio et Donato eius interprete protulit (p. 46 sqq.), quam repetiit nuper leviter tantum immutatam R. Sabbadini Studi Ital. di fil. class. II 14. Donatum hi dicunt unicum quidem commentarii illius perpetui auctorem esse, accessisse tamen postea grammaticos vel librarios, qui his adnotationibus in brevius contractis nonnumquam tantum sententias eorum, non verba reddiderint, unde factum esse, ut saepius bis terve eodem loco easdem res explicatas deprehendamus,[1]) denique alios, qui suo Marte fabulas illustrare sibi proposuissent, commentarios variis modis amplificavisse. hanc igitur Schopeni sententiam secutus Sabbadini certa quibus in singulis scholiis discernendis uteremur indicia constituit eam rationem quam G. Thilo et H. Hagen in scholiis Servii ad Vergilium distinguendis adhibuerunt[2]) amplexus. unum igitur scholiastam adnotationes, quibus Donati sententiae refutarentur, adiecisse statuit; quas incipere a voculis 'ego' vel 'sed ego';[3]) alterum aut corrigendi aut amplificandi causa quaedam addidisse aut poetarum locos qui iam a Donato commemorati erant, aliis adlatis auxisse, quam rem his voculis in initio talium additamentorum positis significari: 'et, ac, autem, tamen, sic, ergo, nam, an.'[4])

---

tertiam, deinde ad Eun. I 2, 85—88, II 2, 11—20, Phorm. I 2, 48—56. praeterea locos Graecos in omnibus scholiis collectos ad codicum fidem emendatos edidit. non meum esse puto, ut de illo editionis specimine, de quo variae a censoribus sententiae prolatae sunt (cf. eph. hebd. Berolin. 1894, p. 395 sqq. et 1895, p. 426 sqq.), quid sentiam hoc loco accuratius exponam; id vero eo effectum esse puto, ut si non satis firmo, tamen aliquo fundamento in hac quaestione instituenda uti possimus. ceterum ea non tam in singulis verbis quam in enuntiatorum sententiis examinandis versatur. quae cum ita sint, rectissime I. I. Hartman in commentatione de Terentio et Donato p. 120 vel in ea quae nunc est commenti Donatiani condicione nobis eam rem adgredi licere adfirmat; nam etsi corrupta sint scholia vel lacera mutilaque, tamen vix ullum eorum adeo depravatum esse, quin tamen sententia eius sit satis perspicua scriptorisque ex eo eluceat consilium. in scholiis significandis vel adferendis, si quae a Sabbadinio edita sunt, huius recensione usus sum, in ceteris Terentii editione a Ricardo Klotz curata, quae Lipsiae a. 1838—1840 prodiit. fabulas eodem ordine disposui quo eae in omnibus praeter unum Parisiacum codicibus et editionibus exhibentur, ut Andriam Eunuchus Adelphi Hecyra Phormio sequantur. in solo Parisiaco Adelphi alterum post Andriam locum obtinent, quod propter communem utrique fabulae litteram initialem factum esse adparet.

[1]) luculentum eius rei exemplum praebet schol. Andr. I 1, 28.

[2]) cf. praef. p. 9. praeivit in hac re A. Teuber (Ann. phil. CXXXXIII), qui eandem rationem scholiorum distinguendorum ad Donati commentarios transtulit. veluti particula 'et' saepe alterum scholium priori addi locis ex singulis fabulis adlatis comprobavit.

[3]) huius rei exempla adfert II 13 adn. 1: Andr. II 4, 7, Eun. I 2, 5, Ad. I 2, 7, Hec. III 4, 26, Phorm. I 2, 24 al.

[4]) veluti Andr. prol. 16; II 3, 6; Eun. I 2, 67; III 1, 40; IIII 6, 23; cf. p. 11 adn. 3 et Sabb. III 343 sq., Teuber p. 14.

Sed quamquam hac observatione sane egregia magnam scholiorum partem postea commentario adiectam esse evincitur, tamen nequaquam ea sufficit ad scholiorum compositionem recte aestimandam. quare altera quoque sententia in auxilium vocanda est, qua ad pristina scholia alia diversi argumenti a diversis auctoribus profecta accessisse statuitur. longa enim series invenitur scholiorum, quae ad res grammaticas, ad actionem scaenicam, ad interpretationem aestheticam quae vocatur, ad artem criticam, rhetoricam, ad philosophiam spectant, quaedam quibus fabula Latina cum Graeca comparatur, similia. itaque H. Usener (Mus. Rhen. XXIII 495) primus scholia rhetorica optime convenire contendit Donato utpote oratori urbis Romae. sed num tali argumento fides haberi possit, cum Donatus tot locis grammaticus quot orator nominatur,[1]) equidem dubito. adde quod H. Gerstenberg in dissertatione quae inscribitur: 'De Eugraphio Terentii interprete' Ienae a. 1886 in lucem emissa (p. 56—79) scholia rhetorica ex Eugraphio excerpta esse luculente demonstravit. deinde G. Hahn duobus libellis confectis, qui 'Zur Entstehungsgeschichte der Scholien des Donatus zum Terenz' inscribuntur (prior a. 1870 Halberstadii, alter a. 1872 Stralsundiae prodiit) in ea scholia, quibus de figuris orationis agitur, inquisivit. quae ei, cum in Donati arte (G. L. IIII 393—402) de isdem rebus exponatur, Donato tribuenda esse videbantur. sed mox quaestione accuratius instituta paucissima ad Donatum redire intellexit.[2]) et profecto quater tantum in arte Terentii ratio habita est; hos enim locos, ut figurae orationis illustrarentur, adlatos esse invenies: p. 395, 1 Andr. V 4, 30; p. 400, 11 Eun. IIII 5, 6; p. 402, 12 Phorm. I 2, 28, Ad. IIII 1, 21. iam si scholia spectas, tribus locis item figuras illustratas habes, ad Andriae autem locum nihil eiusmodi adnotatum est. sed fortasse nunc pauci tantum loci Terentiani in arte propterea deprehenduntur, quod non genuina ea, sed retractata ad nos pervenit. tamen cur cum Teubero (p. 12) eiusmodi expositiones magistello illi, quem sibi mente finxit, adscribamus, nulla profecto causa indagari potest. scholia quae ad actionem scaenicam pertinent omnia F. Leo (Mus. Rhen. XXXVIII 330 sq.) ab uno auctore conscripta esse adfirmat, primum quod nusquam bina coniuncta sint nisi ita, ut unum ex altero contractum sit,[3]) deinde quod in eis quaedam in dicendo similitudines inveniantur, bina verba ita copulata, ut praesens futurum sequatur, veluti Ad.

---

[1]) grammaticus nominatur Donatus ab Hieronymo in chronico (ol. 283,2/354 p. Chr. n.), in codicibus artis (cf. Keil G. L. IIII p. XXXX), in codicibus scholiorum Bodleiano (in commentarii ad Phormionem initio et fine, cf. Dziatzko Ann. phil. suppl. X 677, adn. 2), Vaticano Reginae lat. 1496, Riccardiano 669 (cf. Sabbadini II 44 et 47), contra orator in Parisiaco (cf. Dziatzko, Mus. Rhen. XXVIIII 447) et Vaticano bybl. ant. Vat. lat. 2905 (cf. Sabbadini II 46).

[2]) cf. I 15; II 18 sqq.

[3]) locos Andr. I 1, 61, Ad. II 4, 1; III 4, 8 alio modo explicat.

V 3, 9 'specta et videbis', Eun. V 8, 42 'considera . . . et intelleges', Ad. I 1, 35 'reminiscere . . . et invenies'. atque hunc auctorem Donatum esse dicit eo nisus argumento, quod comm. 8, 12 haec legantur: 'comoedia vero . . . in gestu et pronuntiatione consistit', quae explicatio eis quae in prolegomenis ad Aristophanis .comoedias VI 1 leguntur ὁ γέλως τῆς κωμῳδίας ἔκ τε λέξεως καὶ πραγμάτων ἔχει τὴν σύστασιν respondet. sane neque ego, etsi eam commenti partem, quae numeris 8, 3 et 9, 23 includitur, vix ad Donatum ipsum referendam esse supra dixi, nego haec ab illo scripta esse; facile enim fieri potuit, ut hoc enuntiatum olim in alia commenti parte positum huc transferretur. sed cetera quae Leo protulit argumenta non ita ut nobis sententia illa probetur comparata esse puto. nam, ut de similitudinibus in dicendo exponam, in ingenti adnotationum quae ad res scaenicas pertinent numero duae quae inter se plane respondent inveniuntur hoc modo conformatae: Eun. V 8, 42 'considera quo vultu hoc dicendum sit et intelleges', Ad. V 3, 9 'non quid dicatur, sed quo gestu dicatur specta et videbis.' alia res est in ceteris: Phorm. I 4, 49 'considera . . . et invenies', Ad. I 1, 35 'reminiscere . . . et invenies', III 3, 44 'respice et videbis'[1]) et eis quas omisit Leo: Eun. V 7, 1 'reminiscere . . . et hinc videbis', Ad. V 8, 6 'considera . . . et invenies'. praeterea adnotationum scaenicarum non ea est condicio, ut unum auctorem vel unum fontem eorum statuere liceat. immo haec genera discernantur necesse est. primum multis scholiis discipulis, quibus in grammatici schola fabulae legendae proponebantur, praecepta dantur, veluti Andr. I 1, 1 'abite: concitatius legendum est', II 1, 10 'hoc gestu scaenico melius commendatur: nam haec magis spectatoribus quam lectoribus scripta sunt', Phorm. I 4, 33 'hic locus actoris magis quam lectoris est'; adde Andr. II 1, 27; Ad. II 2, 20; III 2, 26; IIII 2, 35; Hec. III 5, 50; IIII 1, 48; Phorm. I 2, 54. exiguus sane eiusmodi scholiorum numerus est; minime vero Carolo Sittl adsentior, qui in libro cui index est: 'Die Gebärden der Griechen und Römer' Lipsiae a. 1890 edito p. 203 haec scholia nullius omnino usus esse contendit.[2]) alterum genus eis scholiis efficitur, quibus de gestu aliquo ex poetae verbis perspicuo agitur, veluti ad Andr. I 5, 61 'Bona nóstra haec tibi permítto et tuae mandó fide' adnotatur: 'haec verba quasi suppellectilem suam ostendentis sunt', vel ad Andr. I 1, 3 'Nempe út curentur récte haec': 'haec δεικτικῶς est'; cf. praeterea Andr. II 1, 10. 33; III 2, 26. 30; IIII 4, 48; V 3, 19; Eun. I 2, 18. 43; III 5, 47; IIII 4, 9; Ad. II 1, 9; III 2, 23. eodem modo quo pronomina demonstrativa explicantur 'sic' Andr. I 2, 4;

---

[1]) sine dubio 'videbis' scribendum est pro eo, quod nunc in editionibus legitur 'ridebis'. ceterum quodam modo simile est enuntiatum Ad. II 3, 8 'si considerare studes, invenies.'

[2]) neque enim diligentius in hanc rem inquisivit, sed eam paucis tantum verbis absolvit.

Eun. III 5, 47 et 54; Phorm. I 2, 95; ‘tantillum’ Ad. IIII 2, 24; Andr. I 2, 4. saepe gestum adhiberi ex verbis adparere dicitur, veluti Andr. I 5, 54 ‘quod ego té per hanc dextram óro’: ‘tenet eum ut apparet’; IIII 4, 51 ‘ne me áttigas’: ‘quaedam ostenduntur aperte in comoediis, quaedam ex aliis personis intelleguntur’; eadem fere habes Eun. II 3, 87; cf. Andr. I 5, 60; IIII 4, 15. 26; Eun. II 2, 56; III 3, 24; III 5, 11; IIII 2, 14; 6, 1. 27; 7, 7; V 6, 6. 16; Ad. IIII 2, 32; 5, 62; V 2, 1. 6 sq.; Hec. IIII 1, 8; 4, 84; Phorm. V 8, 88. restat magnus adnotationum numerus, quibus significatur pronuntiationem vultu sive maesto sive laeto adiuvari aut oculorum superciliorumve motum accedere, veluti Ad. III 2, 17 ‘et nota, cum Syrum dixerit, addidisse nutus de supercilio’; V 2, 7 ‘quia prohibere non potuit demisso et desperanti vultu quid factum sit dicit et abiisse pronuntiat’. quibus de locis conferas ea quae Ch. Hoffer in libro de personarum usu in Terentii comoediis Halis S. a. 1877 in lucem emisso p. 23—30 disputavit. atque hac occasione data necesse esse videtur, ut tempus quo personis uti coeperint histriones, utrum iam Terentii temporibus an postea demum id factum sit definiatur. tum enim diiudicare licebit, utrum fortasse ex veteribus histrionum exemplaribus haec in scholiorum corpus recepta sint, an Donatus suis, id quod statuit Leo Mus. Rhen. XXXVIII 343, temporibus, postquam histriones personis uti destiterint, ea adscripserit. qua in quaestione dirimenda nolim adsentiri C. Steffeno, qui in Act. soc. phil. Lips. II 154 sqq. priorem sententiam amplexus est, sed in eis quae Hoffer p. 43 et Dziatzko in alt. Phorm. edit. praef. p. 24 sqq. et ad huius fabulae v. 210 (I 4, 33) disputaverunt acquiesco. hi enim ex eo quod versus Ad. IIII 5, 9 et Phorm. V 7, 7 aliter ac Steffen fecit explicandi essent recte concluserunt personarum usum post Terentii demum aetatem coepisse. ex vetere igitur fonte hae adnotationes fluxerunt, id quod iam ex narratiuncula illa de Ambivio ebrio, qui Phormionem acturus erat (schol. Phorm. II 2, 1), et ex scholiis ad Eun. V 4, 45; Phorm. II 1, 70; II 2, 7 satis intellegitur.[1]) a Donato autem his adnotationibus fortasse additae sunt illae, quibus de fabulis in scholis legendis agitur. itaque non tam reicienda quam corrigenda Leonis est sententia.

Veniamus iam ad ea quae Scheidemantel de scholiorum compositione disputavit. is igitur omnia scholia quae rebus in Euanthii commento praefationibusque tractatis respondent ad Euanthium referenda esse dictitat atque octo, quorum III, IIII, VIII minoris, cetera maioris ambitus sunt, scholiorum genera constituit. sunt autem haec: I de bonis meretricibus, quas Terentius primus in scaenam induxerit,[2]) II de Terentii in fabularum argumentis

[1]) cf. ea quae exposuit G. Weinberger Stud. Vind. XIIII p. 120 et 129 sqq.

[2]) concinunt comm. 6, 13—15, praef. Hec. 12, 24—13, 2 et schol. Eun. I 2, 118; Hec. V 1, 1. 29 multaque alia.

exstruendis arte,[1]) III de personarum loquentium numero et distinctione,[2]) IIII de duplicibus amoribus, quibus Terentius fabulas suas variaverit,[3]) V de Terentii arte, qua omnia tragico cothurno magis apta vitaverit,[4]) VI de fabularum argumenti progressu,[5]) VII de singularum personarum moribus,[6]) VIII de personis protaticis.[7]) sed cum totum fundamentum, quo Scheidemantel innititur, infirmum esse dixerimus, alterum tantum modo et tertium genus fortasse ad Euanthium redeunt, cetera ad Donatum. adde quod quaestio, quam Scheidemantel instituit, nequaquam perfecta est atque absoluta. etenim primum omisit scholia metrica, quae sine dubio ad Euanthium referenda sunt.[8]) agitur eis de syllabis corripiendis vel producendis Andr. prol. 17 (IIII 4, 45); I 4, 2; 5, 65; III 2, 16; V 4, 43; Eun. prol. 20; I 2, 98;[9]) V 5, 8; Ad. I 2, 36; II 2, 6. 17; 3, 5; III 3, 35; Phorm. V 3, 7 vel de epenthesi vocalis in vocabulo ‘noxiam’ ad iambum efficiendum Phorm. I 4, 48 et quo loco hoc scholium respicitur Eun. V 2, 13. deinde omisit scholia satis frequentia, quibus fabula Latina cum Graeca comparatur quaeque respondent iis praefationum locis quibus de eadem re exponitur, Andr. 3, 2, Eun. 9, 20, Ad. 6, 15 sq., Hec. 12, 9 sqq., Phorm. 14, 2. sunt autem haec: Andr. prol. 10. 13; I 2, 33; II 1, 1; 4, 3; III 1, 15; 2, 3; 3, 11; 4, 13; 5, 5; III 3, 11; 4, 55 sq.; 5, 6; V 4, 16; 6, 13; Eun. I 1, 1; II 1, 22; III 3, 1; 4, 1; IIII 4, 22; V 5, 1. 31. Ad. I 1, 18; 2, 1; II 1, 46; 4, 11; III 2, 53; V 8, 15; Hec. II 1, 17; III 1, 6; 3, 20; V 4, 10; Phorm. prol. 26; I 2, 37. 41; II 1, 51; 2, 25; III 1, 18; 2, 21; 3, 30; IIII 1, 9. 21; 3, 42. sane haec ab Euanthio profecta esse nullo pacto probari potest; immo ad Donatum ea redire evincitur. etenim quae praef. Hec. 12, 9 sqq. leguntur: ‘haec fabula Apollodori dicitur esse Graeca. nam et ipsa et Phormio ab eo dicuntur esse translatae, cum reliquae quattuor sint Menandri comici’ isdem fere verbis exposita habes in eis quae vitae Suetonianae adiecta sunt (35, 9 sqq. R.): ‘duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur

---

[1]) congruunt comm. 6, 22—7, 1 et scholia Ad. III 3, 54; IIII 1, 23; Phorm. I 3, 1; adde praef. Andr. 4, 21 sqq., Ad. 6, 19 sq., 7, 23, Eun. 10, 5 sqq., 17 sqq.

[2]) cum eis quae comm. 7, 1—3 leguntur conspirant schol. Andr. II 5, 1; Eun. III 2, 1; adde III 1, 4.

[3]) conferas comm. 7, 4 sq., praef. Hec. 14, 20; schol. Andr. II 1, 1; V 6, 13.

[4]) concinunt comm. 6, 15 sq. (sed alterum enuntiatum certe non ab Euanthio scriptum est; cf. p. 97 adn. 3) et schol. Andr. I 1, 78 sq.; Hec. I 2, 96; Phorm. I 2, 45 multaque alia.

[5]) conferas comm. 8, 1—3, praef. Andr. 4, 17 sq., schol. Andr. III 4, 1; IIII 5, 1; V 4, 1 multaque alia.

[6]) conspirant praef. Ad. 7, 20 sq., Eun. 10, 18 et schol. Ad. I 2, 1; V 3, 1; Phorm. II 1, 1; 2, 1 multaque alia.

[7]) cum eis quae comm. 6, 5 sq. et praef. Ad. 7, 16, Hec. 12, 23 leguntur congruunt schol. Hec. I 1, 1; Andr. I 1, 1; Phorm. I 1, 1.

[8]) cf. Rufini comm. in metra Ter. p. 554.

[9]) verbum ‘fere’ hoc loco eodem modo usurpatum est quo comm. 4, 13; 6, 18.

comico, Phormio et Hecyra, quattuor reliquae a Menandro'. vitam autem Donatus eodem modo ex Suetonio deprompsit quo commentariis ad Vergilium huius vitam a Suetonio conscriptam praemisit. sed cum utroque loco 'dicitur' et 'dicuntur' legamus, edocemur Donatum aut fabulas Graecas omnino non iam in manibus habuisse aut tantum in fabulis contaminatis alteram, quam praecipue Terentius secutus sit.[1]) atque alios se auctores in eiusmodi rebus declarandis secutum esse scholiasta ipse indicat ad Eun. I 1, 1 'non eam: Probus distinguit, iungunt qui Menandri exemplum legunt' et ad Hec. III 4, 26 'imperite Terentium de Myconio crispum dixisse aiunt, cum Apollodorus calvum dixerit ... sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium crispum dixisse'. quem autem significaverit ex scholio ad Eun. IIII 4, 22, quod antecedenti simillimum est, compertum habemus: 'erravit Terentius non intellegens Menandricum illud ... ego Adesionem sequor', quamquam hoc nomen corrupte traditum esse adparet. sed de hac re postea accuratius exponendum erit.

Novissime denique I. I. Hartman in libro, quem de Terentio et Donato conscripsit, a. 1895 Lugduni Batavorum emisso c. II p. 82—118 adnotationes, quibus Terentii ars sive in rebus componendis sive in verbis eligendis illustratur, ab homine artis scaenicae peritissimo conscriptas esse adfirmavit. hunc igitur longe ineptorum hominum turbae, qui futtilium adnotationum farragine scriptores obruerint, anteponendum esse dicit. neque vero Donatum eum nominare se audere, ne eorum qui Euanthio partem scholiorum tribuerint indignationem commoveat. quibus verbis Scheidemantelium significari harum adnotationum generibus enumeratis adparebit. sunt autem quattuor haec: primo in officinam poeticam perducimur, ubi singula instrumenta perlustremus quidque poeta efficere possit cognoscamus.[2]) altero lectores venustatis in aliquo vocabulo dictove elucentis admonentur, quae obiter legentes facile effugere potest.[3]) tertio admonemur certum certorum verborum formularumque colorem esse.[4]) quarto denique, si quod vocabulum apud Terentium certum colorem habet, qui ille sit accuratissime demonstratur.[5]) eidem quoque scholiastae Hartman p. 83 sqq.

---

[1]) cf. Ritschelii Parerga p. 326, Dziatzko Mus. Rhen. XXXI 248 adn. 1 et 249, G. Ihne in quaestionibus Terentianis p. 13, G. Weinberger Stud. Vind. XIIII 129.

[2]) cf. Eun. V 4, 19; Andr. IIII 1, 13. 18; 5, 24; adde: Eun. prol. 37; II 3, 9; III 5, 28; IIII 4, 48; V 2, 25; 4, 27; Phorm. II 1, 32; 3, 4. 79 alia.

[3]) cf. Andr. III 3, 2; Phorm. I 2, 36; II 1, 43; IIII 2, 15 alia. huc referenda sunt scholia, quibus edocemur quare poeta his, non aliis verbis usus sit, veluti Eun. I 1, 4. 22; 2, 87. 99. 107; II 2, 3; 3, 83; III 1, 28 plurimaque alia.

[4]) cf. Andr. I 1, 66; 2, 14; 6, 10. sed de his scholiis quid sentiam mox declarabo.

[5]) cf. Hec. III 3, 18; IIII 4, 8; Ad. I 2, 63. hae adnotationes saepe ab eis quae tertio genere contineri diximus discerni non possunt. quare de eis quoque postea diligentius exponamus necesse est.

scholia tribuit, quibus aut Terentium operam dedisse explicatur, ne quid aut agreste aut crudele aut τραγικόν in comoediis inveniretur,[1]) aut Terentii vigilantia laudatur, qua iam in primis fabulae scaenis exitum spectatoribus credibilem praeparet.[2]) tales adnotationes sane non minimi aestimandas esse constat, sed ad quem auctorem referendae sint, plane incertum est.

Iam sententiis virorum doctorum de scholiorum corpore examinatis quid hac disputatione exploratum sit constituamus. vidimus igitur ad Donatum referri posse scholia, quibus Terentii in rebus componendis et verbis eligendis ars illustratur, deinde scholia, quae ad actionem scaenicam pertinent et quibus fabula Latina cum Graeca comparatur, atque haec ita, ut eum talia magnam partem ex aliorum commentariis deprompsisse statuendum sit, denique exiguam partem eorum, quibus de figuris orationis exponitur. contra a pristino scholiorum corpore aliena esse videntur scholia rhetorica, quae ex Eugraphii commentario fluxerunt, deinde metrica et talia, quibus de arte poetae in fabularum argumentis exstruendis agitur, quorum auctorem Euanthium fuisse credibile est.

Sed haec omnia partim dubia sunt, partim ita comparata, ut vix dimidiam totius corporis partem accuratius examinatam esse pateat. quare alia argumenta circumspicienda sunt, quibus nisi de compositionis modo et de tempore, quo scholia in eam formam, quam nunc habent, redacta sunt, certius iudicare possimus. denuo igitur in hanc rem inquirentibus primum de additamentis, quibus variorum generum scholia aucta sunt, deinde de certis adnotationum generibus in pristinum corpus insertis agendum erit.

Primum igitur videmus binis, rarius pluribus locis permultas adnotationes repetitas, rarissime quidem isdem verbis iteratas, ita tamen, ut unum locum semper ad alterum recedere intellegatur. itaque dubitare licet utrum ambae adnotationes ad unum auctorem referendae sint an ea quae altero loco legitur ex altera sumptam esse statuatur. qua in re certa quaedam repetitionis genera distingui possunt. primum utroque loco alter ad eandem rem illustrandam adfertur, veluti Andr. prol. 7 'vetus plerumque refertur ad laudem, interdum ad vituperationem, ut hic et alibi *vetus, veternosus senex*' (Eun. IIII 4, 21) et Eun. IIII 4, 21 'vetus ad vituperationem modo, non ad laudem ponitur, ut *veteris poetae maledictis respondeat*' (Andr. prol. 7). sic quoque Andr. I 1, 15 et 5, 30; I 1, 18 et Ad. V 8, 29;[3]) I 2, 4 et Ad. IIII 2, 24; cf. II 1, 9; II 5, 16 et IIII 1, 12; III 1, 11 et Eun. I 2, 27; III 3, 26 et Eun. I 1, 3; V 3, 5 et Phorm. I 2, 73; V 3, 7

[1]) has Scheidemantelium quarto quod statuit genere comprehendisse supra diximus.

[2]) cf. Andr. I 1, 42. 92. harum adnotationum maximus numerus est. adde schol. Andr. I 2, 1; 3, 19; 4, 1; 5, 39 plurimaque alia.

[3]) quae praeterea adiecta sunt statim ab alio addita esse intellegitur.

et Ad. IIII 5, 9; Eun. prol. 17 et Phorm. V 8, 54; II 3, 6 ε ambos locos in eadem fabula bis tantum inveniri patet, no versis. deinde eadem adnotatio binis locis legitur, sed uno quem in enumeratione insequenti priorem ponam — alter adfer Andr. I 1, 2 'ades imperativum est, dum *παρέλκον* . . . ut *ehodu* (I 2, 13) et I 2, 13 'ehodum ad me: dum *παρέλκον* est hoc l bus verbis certe alter locus respici videtur. sic quoque Andr. I Ad. IIII 5, 30; I 1, 108 et I 1, 39; I 1, 140 et Ad. V 8, 23; I I 1, 3; I 2, 21 et Phorm. I 2, 22; I 5, 15 et Hec. II 2, 33; IIII Hec. I 2, 4; II 3, 12 et Phorm. V 1, 17; II 4, 7 et Phorm. IIII 3 5, 7 et Ad. III 3, 22; II 6, 15 et prol. 1; III 1, 7 et Phorm. II 3, 2, 6 et Hec. I 1, 1; III 2, 20 et I 2, 13; III 3, 18 et Hec. II 1, 1 3, 27 et I 2, 22; IIII 1, 1 et I 5, 1; IIII 1, 3 et Eun. prol. 3; IIII et III 3, 38; IIII 4, 36 et I 2, 8; V 5, 4 et IIII 3, 1. — Eun. I 1, dicans te amare: re, non verbis indicans, ut alibi: *ibi . . . indicat*' (I 1, 104) et Andr. I 1, 105 'indicat: indicium proprie est oris et lin factis ergo indicat: non enim dixit: amo'. cf. Eun. prol. 6 et Phorm. I I 1, 2 et Phorm. I 1, 7; II 2, 42 et IIII 5, 9; II 3, 10 et prol. 32; III et Andr. I 1, 129; IIII 3, 25 et Phorm. V 1, 17; IIII 4, 6 et III 5, IIII 5, 6 et Andr. II 5, 15; V 4, 1 et V 5, 17; V 4, 13 et II 1, 21; V 5, 1 I 2, 122; V 5, 24 et I 1, 3; V 5, 29 et V 5, 24. — Ad. I 1, 15 'adeo: abundat aut nimium significat, ut in Eunucho: adulescentem adeo nobile (I 2, 124) et Eun. I 2, 124 'adeo enim pro nimis positum aut pro exp tiva particula'. cf. Ad. I 1, 20 et Andr. I 1, 47; I 1, 22 et Eun. I 2, 3 I 2, 4 et IIII 5, 9; II 1, 13 et Andr. I 1, 144; II 1, 29 et Ad. III 3, 6 II 2, 2 et Eun. III 2, 2; Ad. II 2, 9 et Phorm. III 2, 48; Ad. IIII 2, 1 et Eun. IIII 7, 18; IIII 4, 13 et Andr. IIII 2, 13; IIII 5, 67 et III 2, 20;[1] V 3, 21 et Eun. IIII 3, 11; V 6, 8 et V 5, 3. — Hec. II 1, 26 'oritur et magnitudinem rei significat et repentinum impetum ut supra: *tu sola exorere*' (II 1, 16) et II 1, 16 'exoriri dicitur qui non expectatus invadit aliquem'. cf. Hec. III 3, 26 et Phorm. V 6, 1; III 3, 29 et Andr. I 5, 57; III 4, 13 et Andr. IIII 3, 15; III 5, 3 et Andr. I 5, 32; IIII 1, 2 et Eun. III 2, 1; IIII 1, 8 et Andr. V 2, 8; IIII 1, 10 et II 1, 17; IIII 4, 21 et Eun. V 1, 17; IIII 4, 25 et Andr. IIII 5, 16.[2]) — Phorm. V 9, 59 'bene tu pronomine utitur, quia non habet nomen. nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent et, cum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim. tale est in Adelphis: *qui . . . pretii*' (V 6, 3) et Ad. V 6, 3 'moris est autem inferiores proprio nomine vocari, si blandiri velis; sed hic nominis oblitus, dum dubitat et inquirit, inhaesit

[1]) scholiasta falso scripsit: 'in Eunucho'.

[2]) hoc scholion non solum lacunosum sed etiam corruptum est.

pronomini'. cf. Phorm. I 2, 58 et Eun. I 1, 14; I 2, 85 et I 2, 53, cf. Andr. I 1, 100; I 3, 2 et Andr. II 2, 28; I 3, 20 et Andr. I 1, 28,[1]) cf. Eun. I 2, 5; I 4, 39 et Andr. I 1, 107; V 8, 90 et Ad. II 1, 14. revocamur igitur in satis magno locorum numero — sunt enim CXXXX — saepius quidem ad eandem fabulam (XXV^{ies}), rarissime autem (sexies) ad eandem scaenam, tum binis vel etiam pluribus locis eadem res loco aliquo ex eodem scriptore adlato illustratur, veluti Andr. IIII 1, 32 'apparari cum dativo casu semper cladem et perniciem significat, ut Vergilius *mihi sacra parari*' (Aen. II 132) et IIII 2, 7 'apparari ad horrorem et timorem refertur et dativo casui subiunctum cladem et perniciem significat, ut Vergilius *mihi sacra parari*'. sic quoque Andr. prol. 4 et I 2, 18 adfertur Aen. II 428, prol. 15 et Eun. I 2, 112 Aen. VIIII 94; cf. Eun. II 3, 73, ubi additur Aen. XII 808; prol. 17 et II 1, 24 Cic. Cat. II, 6 (Lucilius in X); cf. IIII 4, 33 et V 4, 36 (Sall. Cat. 52) et Ad. IIII 2, 1; I 1, 7 et Hec. prol. 26 Aen. II 283; I 1, 39 et III 1, 2 Aen. IIII 401; cf. Eun. II 3, 83; I 1, 45 et Eun. III 2, 20 Aen. VIIII 255; I 1, 55 et Eun. I 1, 29 Sall. Iug. 1; I 2, 25 et Ad. II 2, 7 Aen. II 670; cf. Ad. IIII 2, 31; 5, 26; I 3, 1 et Phorm. V 8, 44 Cic. Verr. I 66; I 4, 7 et Hec. III 3, 4 Aen. V 805, XI 30; I 5, 19 et Ad. IIII 7, 11 Aen. XI 230 (priore loco additur Sallust. Hist. I 55, 7 M.); I 5, 46 et Ad. III 2, 54 Aen. VIIII 300 (priore loco additur Aen. II 678); II 1, 31 et Eun. III 2, 5 Aen. VI 664 (Andr. II 1, 31 et Ad. II 1, 47 praeterea Aen. IIII 334, Hec. III 5, 37 autem hic tantum versus commemoratur); II 3, 15 et Hec. I 2, 92 Aen. VIIII 246; II 4, 7 et Ad. II 1, 3 Aen. II 670; II 5, 14 et Ad. III 2, 32 Aen. IIII 373 (priore loco additur Aen. IIII 599 Phorm. I 2, 10, altero Heaut. II 3, 15); III 2, 9 et Hec. I 1, 3 Verg. Ecl. VIII 69 (priore loco additur Aen. XI 259, altero Cic. Verr. IIII 3); III 3, 8 et Phorm. I 2, 17 Aen. III 82 (priore loco additur Aen. XI 537); III 3, 8 et Hec. III 3, 27 Aen. X 45 (priore loco additur Aen. II 431); III 5, 16 et Ad. V 3, 8 Georg. IIII 443 (altero loco additur Cic. div. in Q. Caec. 57); IIII 1, 44 et Hec. III 2, 21 Verg. Ecl. III 1; V 1, 9 et Phorm. II 1, 62 Sall. Iug. 12 (altero loco additur Aen. X 719). — Eun. prol. 4 'inclementius pro inclementer ut *iam senior . . . senectus*' (Aen. VI 304) et Hec. II prol. 3 'adulescentior: haec comparatio minus a positivo sonat et vim deminutivam exprimit, ut *iam senior . . . senectus*'. I 2, 9 et Eun. V 2, 55. 69 Aen. IIII 93; II 2, 12 et IIII 4, 54 Aen. XI 695 (priore loco additur Cic. Cat. I 21); II 3, 9 et Ad. III 4, 4 Aen. XII 453; III 2, 1 et Hec. III 1, 38 Aen. VI 257; IIII 2, 4 et Eun. IIII 7, 43 Aen. VI 332; IIII 4, 35 et Eun. V 1, 2 Aen. VII 452 (priore loco additur Aen. XI 392); IIII 4, 35 et Ad. III 4, 12 Aen. VII 452, XI 392; IIII 7, 19 et Ad. III 3, 45 Plaut. mil. glor. I 1, 68; IIII 7, 27 et Hec. III 5, 50 Verg. Ecl. III 25. — Ad.

---

[1]) hic locus valde corruptus est.

IIII 5, 47 'ita velim me promerentem ....: et animadvertendum ut semper sequi vel statim vel ex intervallo maxime in huiusmodi c(firmationibus. sic Cicero: *ita ... mentem*' (div. in Q. Caec. 41) et H(IIII 2, 4 'ut numquam sciens commerui: hic ordo est iuris iuran(ut, cum praeposuerit ita, sequatur ut. Cicero: *ita ... mentem.*' I 36 et Hec. I 2, 19, Phorm. I 2, 41 Aen. II 548; I 2, 47 et Phorm. . 3, 73; IIII 1, 24 Aen. II 719; II 1, 15 et Ad. IIII 2, 37 Georg. III 1 (altero loco additur Lucret. V 1392); II 1, 21 et IIII 2, 50 Aen. XII 17 (altero loco additur Aen. VI 63); II 3, 3 et IIII 5, 34 Aen. X 600 (alter loco adduntur Caecil. in Exhautuh. v. 38 R. Aen. IIII 83); III 2, 6 et V 3, : Aen. II 745 Ecl. V 23; III 2, 21 et IIII 2, 11 Georg. III 255 Hor. Ep. I 2, 75; III 2, 54 et V 8, 4 Aen. I 16; IIII 2, 33 et Hec. I 1, 6 Aen. II 707 cf. Hec. IIII 3, 4, Phorm. I 2, 12; IIII 5, 34 et Hec. III 2, 15 Aen. IIII 8ξ (priore loco adduntur Caecil. in Exhautuh. v. 38 R. Aen. X 600); IIII 7, 4 et Phorm. II 1, 34 Aen. II 203 (priore loco adduntur Aen. II 403 et Cic. in Verr. V 87); V 1, 12 et Phorm. II 1, 35 Aen. II 65. — Hec. II prol. 3 et Phorm. II 3, 15 Aen. VI 304.[1]) — Phorm. I 4, 52 et II 1, 22 Aen. V 379; II 1, 9 et II 1, 20 Aen. IIII 419 (altero loco adduntur Aen. VI 103, XI 18). in hoc quoque magno adnotationum numero — sunt enim CX — raro (sedecim locis) binae in eadem fabula, bis tantum in eadem scaena inveniuntur. denique nonnullis locis binis scholiis eadem res illustratur ita, ut simul eo quem priorem posui loco alter Terentii locus et utroque locus ex scriptore aliquo adferantur, veluti Andr. I 2, 15 'hoccine agis? agis id est audis. alibi sic: *hoc agite, amabo* (Eun. I 2, 50), Plautus: *hoc ... iam*' (Asin. prol. 1) et Eun. I 2, 50 'hoc agite amabo: pro adverbio corripientis est positum aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. sic Plautus: *hoc ... iam*'. sic quoque Andr. III 2, 39 et I 5, 8 Aen. II 434; IIII 2, 12 et Ad. V 3, 4 Verg. Ecl. VIII 58; Eun. I 2, 35 et prol. 11 Aen. I, 6; Ad. I 1, 5 et Phorm. prol. 13 Aen. II 124; Hec. V 4, 38 et Phorm. V 9, 38 Aen. II 549; Phorm. I 2, 24 et Andr. II 5, 18 Ennii Annal. l. I. fr. 17, p. 5, 9 M.; Phorm. II 1, 54 et Ad. III 2, 7 Plaut. Bacch. I 1 73. bis tantum binae ad eandem fabulam adnotationes adiectae sunt. iam si quis in talium adnotationum repetitione offendat, magnum scholiorum numerum ex corpore eximat necesse est. neque a diversis interpretibus scriptae esse videntur, sed idem interpres res memorabiles pluribus locis lectoribus illustrare voluit, cum — magno enim plerumque spatio inter se discretae sunt — putaret eos quae ante exposita essent iam non memoria tenere.

Aliter autem res se habere videtur in duobus adnotationum repetitarum generibus, de quibus iam exponam. nonnumquam verbis 'ut diximus',

[1]) laxiore vinculo inter se conectuntur hi loci: Hec. I 2, 58 et III 3, 22 Aen. IIII 20; IIII 1, 13 et Phorm. I 4, 28 Sallust. Hist. fr. II 111 M.

'ut supra diximus' vel similibus adiectis repetitur adnotatio ad eundem versum aut alterum brevi intervallo seiunctum adscripta veluti: Andr. I 1, 2 'ut agi res videatur, quemadmodum supra diximus', cf. I 1, 1 'res agi magis quam narrari videatur'. praeterea hos locos conferas: Andr. I 1, 47 et I 1, 42; I 1, 100 et 88; I 2, 9 et I 2, 4; I 5, 60 et I 5, 51; II 6, 26 (4) et ibidem (1); V 4, 43 et V 4, 36; V 6, 6 et V 6, 5; Eun. I 2, 98 et I 2, 95; II 3, 14 (4) et ibidem (1); II 3, 81 et II 3, 75; III 5, 56 et III 5, 44; cf. 36; Ad. II 3, 6 (2) et ibidem (2); III 2, 27 et III 2, 25; Hec. I prol. 7 et 6; I 2, 22 (2) et ibidem (2); II 1, 45 (2) et II 1, 4 (1); III 1, 17 et III 1, 8; III 3, 23 et III 3, 10; V 2, 26 et V 2, 13; Phorm. I 4, 27 et I 4, 1. semel tantum ad aliam scaenam eiusdem fabulae relegamur (Phorm. I 4, 38 ad I 2, 7), semel[1]) et ad alium eiusdem fabulae locum et simul ad alios locos (Eun. II 3, 73, quo loco commemorantur Vergilii versus Aen. VIIII 94 sq. et XII 808 sq.)

Deinde scholia ita repetuntur, ut repetitio ipsa non diserte indicetur. duo autem eiusmodi scholiorum genera discerni possunt. nam et grammatica sunt et lexicographica ut ita dicam, atque haec rursus ita comparata, ut eis et singulorum verborum vis propria explicetur et synonymorum diversae significationes enarrentur et verborum etymologiae proponantur. veniamus igitur ad adnotationes grammaticas, quarum hoc primum adscribam exemplum. Andr. I 2, 2 'modo: antequam cum Sosia loqui coepisset Simo. et D a v u s non recte scribitur, D a v o s scribendum, quod nulla littera vocalis geminata unam syllabam facit. sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis necessario pro hac regula digamma utimur et dicimus: Da*F*us ser*F*us cor*F*us'; cf. III 4, 1 'D a v u s ut recte scribatur D a v o s scribendum est, quia nulla littera vocalis geminata unam facit syllabam. sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur: Da*F*us ser*F*us *F*ulgus cor*F*us'. alteram in utroque scholio partem inde a vocula 'sed' alteri scholiastae tribuendam esse, qui regulam illam corrigere voluerit, non est quod multis exponam. atque ineptissime fecit is qui scholium alterum compilavit exemplo F u l g u s addito. sed etiam ea quae ante voculam s e d leguntur priore tantum loco recte posita esse ex eo patet, quod altero loco in ipso versu nomen 'Davus' omnino non legitur, sed tantum versui praescriptum est. Andr. V 1, 13 haec leguntur: 'dum res retulit: compositum pro simplici positum est tulit. et altius quam decet comicum characterem dictum videtur'. quid sibi velit alterum enuntiatum haud facile intellegas. sed si schol. Andr. IIII 5, 13 legeris: 'numquam huc tetulissem pedem: . . . sed critici adnotant altius esse charactere comico 'tetulissem pedem', statim cognosces hanc adnotationem, quae hoc loco apte

[1]) cf. Eun. II 3, 75 et 81, in quibus locus qui legitur IIII 2, 12 respicitur.

posita est, paucos post versus inepte repetitam esse. atque in sc alterum enuntiatum additamentum esse confirmatur particula et antecedentibus adiunctum est. duo igitur exempla habes, qu probatur scholium ex priore loco desumptum in posteriorem inse atque omnino si de eadem re quae ad artem grammaticam per scholiis in eadem scaena vel in eodem fabulae actu exponitur, altero loco leguntur suspicionem movent. pluribus autem locis in pore de isdem rebus edocemur, veluti magis cum positivo pro com usurpari Eun. II 1, 21; III 1, 24; V 4, 13; 8, 47; Hec. IIII 1, 38, cativum esse pronominis possessivi Eun. I 2, 15; III 3, 30; Ad. II V 8, 12; Phorm. II 1, 24; binas praepositiones saepius geminari E 14; Hec. III 2, 12; praepositionem de vim verbi augere ita, ut i quod valde Eun. II 2, 49; 3, 39; Ad. IIII 6, 1; Hec. IIII 1, 14; verbum compositum pro simplici poni Andr. III 2, 16. 19. 28; V 1, vel verbum simplex pro composito Eun. III 5, 33; ut pro ne non Andr. prol. 3; II 2, 12; 4, 6; IIII 2, 22; V 4, 11 al. saepius de grad adiectivi potis agitur, veluti Andr. II 6, 6. 22; Ad. III 1, 9. deniqu longus sim, haec duo quae plane inter se respondent scholiorum paria feram: Eun. III 1, 1 'plus potest infinitus modus finito' et III 1, 20 'plus s ad significandum infinitum tempus quam finitum'; Andr. II 3, 9 'cedo gularis numeri est tantum, cetera etiam pluralis, ut: salve, salvete' et I 15 'cedo singulariter tantum, cetera pluraliter'. ita satis multa scholia pristino corpore aliena esse luculente evincitur.

Innumerabilis fere adnotationum lexicographicarum numerus est, qu bus vis verbi explicatur. ego hoc loco eas tantum quae binis vel pluribu locis adferuntur proponam: actum est et actum agere Andr. III 1, 7; Ad III 2, 26 et Ad. II 2, 24 et Phorm. II 3, 72; adoriri Andr. III 1, 21; Ad III 3, 50; aio Andr. II 1, 21; Eun. I 2, 59; Ad. II 2, 16; Phorm. II 3, 33; adparari cum dativo coniunctum Andr. IIII 1, 32; 2, 7; atat Andr. I 1, 98; Eun. IIII 5, 1; Hec. III 4, 35; decernere Andr. I 3, 14; 5, 3; denique Phorm. I 2, 71; II 2, 11; ehem et eho Ad. II 4, 2; Hec. III 2, 5 et Andr. IIII 1, 44; V 4, 48; elegans Eun. III 1, 18; III 5, 18; ergo Ad. IIII 2, 33; Hec. I 1, 6; erilis filius Andr. III 4, 23; Eun. II 2, 58; Phorm. I 1, 5; exempla Eun. V 4, 24; 6, 21; grandis Ad. IIII 5, 39; Phorm. II 3, 15; hem Andr. I 1, 89; 2, 22; II 6, 4; III 1, 4; V 2, 5; Eun. IIII 2, 8; 7, 35; Ad. III 4, 21; IIII 4, 13; Hec. III 2, 12; homo Andr. IIII 4, 5; Ad. I 2, 63; Phorm. prol. 2; I 2, 73; 4, 17; miror Andr. IIII 4, 11; Eun. II 2, 59; Phorm. II 1, 5; nubo Hec. IIII 1, 19; 4, 34; numquam Andr. II 3, 10; 4, 7; Eun. V 8, 62; Ad. II 1, 3; IIII 1, 12; Phorm. I 2, 71; obtundere Andr. II 2, 11; Ad. I 2, 33; Hec. I 2, 48; sane Andr. I 2, 24; 4, 2; V 2, 7; Hec. I 2, 103; III 5, 9. nec minus magnus est numerus eorum locorum, quibus quo modo synonyma inter se differant exponitur. ex quibus adnotationi-

bus eas tantum adferam, quae saepius repetuntur, qua in re simul id agam ut index in Klotzii editione aut suppleatur aut corrigatur: coram et palam Andr. III 2, 10; Ad. IIII 3, 17; dare et dedere Andr. I 1, 36; 2, 28; V 3, 26; dēierare et dĕierare Eun. II 3, 39; Hec. V 2, 5; expectare et sperare Andr. II 6, 4; Ad. I 2, 29; III 2, 23, expectatio et spes Eun. I 2, 115; facere et incipere Eun. V 4, 45; 7, 1; Phorm. I 4, 48; fidus et fidelis Andr. III 1, 2; Hec. I 1, 2; Phorm. I 2, 26; ira et iracundia Ad. IIII 7, 37; V 3, 8; Phorm. I 4, 12; metuo et timeo Andr. I 1, 79; Phorm. I 2, 68; scire et rescire Hec. I 2, 114; IIII 1, 4; V 4, 28; postulare et expostulare Andr. IIII 1, 15, postulatio et expostulatio Hec. I 2, 105; reddere et restituere Eun. I 2, 67; IIII 6, 8; Hec. V 4, 4. toto autem scholiorum corpore plus centum locis verborum differentiae enarrantur atque ita, ut fere semper unum tantummodo ex binis de quibus agitur verbis in fabulae textu legatur. quid autem de origine talium adnotationum statuendum sit explicaturis animadvertendum est, etsi grammatici Latini iam inde ab initio doctrinam de synonymis excoluerunt ita, ut in verborum originibus explicandis, in disputationibus de sermone Latino et de orthographia, in rerum enarratione synonyma quoque respicerent, tamen qui antiquitus ea peculiari opera collecta et illustrata ediderit neminem inveniri. nam collectiones illae quae nobilia Probi Suetonii Frontonis nomina prae se ferunt neque ab illis scriptoribus compositae sunt et summa quae inter eas intercedit similitudine se tamquam unius arboris ramos esse declarant.[1]) inde a saeculo fere VI p. Chr. n. ergo ortae sunt hae collectiones et amplissima illa quam sic inscriptam ‘differentiae similium orationis partium a Cicerone et ab aliis sapientibus viris in sensu et litteratura per alphabetum’ ex libro Montepessulano I. W. Beck edidit.[2]) iam si omnes grammatici occasione data verborum vim explicabant et synonyma distinguere studebant, non mirum sane in commentario quoque ad Terentium eiusmodi adnotationes inveniri, quae duobus locis ad Ciceronem ipsum diserte referuntur, Andr. prol. 5 et 7. sed tantae inter eas et collectiones illas similitudines intercedunt,[3]) ut concludere liceat iam in pristino scholiorum corpore eiusmodi explicationes extitisse ab ipso Donato profectas, sed postea numerum earum ex collectionibus magno opere auctum esse atque in primis scholia repetita eis qui talia intulerunt adscribenda esse.

---

[1]) cf. M. Schanz Hermae vol. XXX p. 404.

[2]) cf. eius librum de differentiarum scriptoribus Latinis Groningae a. 1883 in lucem emissum et Woelfflinii Archiv. f. lat. Lex. u. Gramm. III 549.

[3]) conferas velim ea quae in scholiis et collectione illa libro Montepessulano tradita disputantur de his verbis: aeger aegrotus Andr. I 2, 21 et p. 33, 42 Beck, osculum basium savium Eun. III 2, 3 et p. 41, 1, coram palam Andr. III 2, 10; Ad. IIII 3, 17 et p. 48, 52; donum praemium munus Eun. V 8, 27 et p. 53, 36; ira iracundia Ad. IIII 7, 37; V 3, 8; Phorm. I 4, 12 et p. 65, 28; raptio rapina Ad. III 3, 2 et p. 80, 1; sperare expectare Andr. II 6, 4; Ad. I 2, 29; III 2, 23 et p. 84, 27.

Idem comprobatur, si tertium adnotationum lexicographicarum ; etymologias, respicimus. etenim in scholiorum corpore plus CL locis centum etymologiae leguntur.[1]) repetuntur autem haec: ars (iners) And 4; III 5, 2; calamitas Eun. I 1, 34; Hec. I prol. 2; clemens Ad. I 1, 17; 10; decrepitus Eun. II 1, 25; Ad. V 8, 16; frui fructus Eun. IIII 7, 46; A 8, 27; Phorm. II 2, 18; funus Andr. I 1, 81. 88. 100; futilis Andr. III 5, 3; Ph V 1, 19; ilicet Ad. III 4, 4; Phorm. I 4, 31; irrito Andr. III 4, 18; Ad. II 4 ligurire Eun. II 2, 4; V 4, 14; morosus Hec. III 5, 28; IIII 2, 1; Mulc Ad. I 2, 10; Hec. I 1, 8; nebulo Eun. II 2, 38; IIII 7, 15; oblectare A IIII 1, 24; V 4, 9; obstetrix Andr. I 5, 64; III 1, 15; officium Ad. I 1, Andr. I 5, 1; prorsum Andr. III 2, 30; Eun. II 3, 14; pugil Ad. II 1, Hec. II prol. 25; remorari Andr. IIII 3, 24; Eun. II 3, 10; saltem Andr. II 1, III 2, 14; Ad. II 2, 41; sedulo Eun. I 2, 58; Ad. I 1, 25; II 2, 43; III 3, 5 Hec. I 1, 6; Phorm. II 3, 81; sis Eun. IIII 7, 29; Ad. III 5, 1; temulent Andr. I 4, 2; Eun. IIII 3, 13; Vertumnus Ad. II 1, 37; IIII 7, 10; Hec. 2, 121. ex his etymologiae verbi 'Mulciber' Ad. I 2, 10 et Hec. I 1, commemoratae et verbi 'sis', quae Eun. IIII 7, 29 et Ad. III 5, 1 prolata sunt, inter se pugnant.[2]). qua re cum dubitatio iniciatur, num omnes eius modi adnotationes ad unum auctorem referendae sint, ea augetur etiam cum videamus primum eandem etymologiam bis ad eundem versum adferri, veluti Andr. IIII 3, 11 (2 et 5), Eun. III 2, 24 (2 et 4), deinde diversas eiusdem verbi originationes, quae ab uno eodemque auctore profectae esse non possunt, ad eundem versum adscriptas esse, veluti Eun. II 2, 25 (cuppedinarii schol. 2 et 3; macellum schol. 2 et 26, 2), Andr. I 1, 101 (sepulcrum).[3]) quodsi non omnes ab uno interprete profectas esse etymologias commendatur, iam argumenta circumspicienda sunt, quibus freti discernere possimus quae originationes singulis interpretibus tribuendae esse videantur. atque quamquam locis supra allatis, qui propter res quae

[1]) disputavit de eis Hartman p. 114 sqq., sed si brevi conspectu omnes se dedisse dicit, minime fides ei habenda est. ipse interdum nominum personarum etymologias omisi, de quibus postea exponetur.

[2]) quodsi Ad. II 1, 17 legitur 'an pugnus a pugna sit dictus an ab illo pugna?' et Hec. II prol. 25: 'pugil dictus est a pugna et pugna a pugno' non contrariae sunt hae adnotationes, quia priore loco dubitat interpres, utra originatio accipienda sit, altero autem alteram comprobat.

[3]) in scholio primo 'ut dicimus' scribendum est, cum 'diximus' non habeat quod spectet. huc referendum quoque esset schol. alt. Hec. I 1, 8, si recte se haberet scriptura tradita 'nam proprie'. sed 'nam' probabiliter in 'an' mutandum esse statuit Teuber (Ann. phil. CXXXXIII 365), cui cum adsentiar, retineo tamen 'proprie', pro quo ille 'propterea' restituere voluit. Ad. III 3, 63, quo loco duae explicationes verbi 'callidus' leguntur: 'callidus dictus est, qui exercet dolos' et 'callidus dicitur, qui callum sibi usu artis induxerit', quarum altera tantum originatio continetur, tamen forma alterius respecta probabile est hoc scholium postea accessisse.

eis continentur suspecti sunt, id quoque accedit, quod scholia illa particularum quibus adiunguntur, veluti 'et, nam, autem', usu in suspicionem vocantur, tamen huic rei soli non magnam fidem tribuam. facile enim in errorem adduceremur, si omnes eiusmodi adnotationes talibus particulis antecedentibus adnexas pro additamentis haberemus.[1]) sed aliud argumentum in promptu est, quamquam ne hoc quidem plane certum esse videtur. etenim ubi etymologia verbi explicatur, quod in ipso fabulae textu non legitur, hoc scholium postea demum adiectum et ab alio auctore atque eo qui verborum quae in fabulae textu leguntur originationes proposuit profectum esse suspicari possis. ac si praeterea id particulis illis vel aliis, veluti 'inde, unde', inducitur, tum ea suspicio profecto augetur. primum igitur locos quosdam adferam, quibus ad scholium quoddam, quo verbi in textu positi origo explicatur, alterum accedit, quo verbi in hoc scholio extantis originatio proponitur. Ad. II 1, 28 in textu legitur 'loris liber', sequitur hoc scholion: 'lora apud veteres laura dicebantur a lauro triumphorum, sub qua mos erat captivos vinciri ducique per pompam. ideo autem ut condicionis reminiscantur, loris caeduntur mancipia', quod haec excipiunt: 'n a m mancipia dicuntur, quod manu capta sunt, servi qui servati sunt . . .' Ad. III 3, 5 in textu habes 'in ganeum aliquo', deinde hanc adnotationem: 'veteres ganeam subterraneam[2]) tabernam dixerunt ἀπὸ τῆς γαίης τοῦτ' ἔστι γῆς,[3]) quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius', denique hoc scholium adiectum est: 'u n d e et taberna, quasi trabena, a validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt'. haec scholia, quae particulis 'nam' et 'unde' adnectuntur, sine dubio postea demum adiecta sunt.[4]) non tam certa quam his locis res est in aliis scholiis, quibus origines vocabulorum quorundam quae in textu non extant explicantur, cum facile fieri potuerit, ut scholiasta data occasione de vocabuli alicuius quod cum verbo in textu posito cohaeret origine exponeret. eiusmodi etymologias habes particulis 'nam, et, inde, unde' adnexas Ad. III 3, 47 (ager), Andr. V 2, 14 (Cato), Andr. I 1, 100 (exequiae), Hec. III 5, 28; IIII 2, 1 (morosus), Andr. III 1, 15 (obstetrix; eadem exposita habes hoc loco atque altero I 5, 64, quo aptissime haec originatio profertur), Phorm. I 4, 43 (plectrum, plaga), Andr. prol. 3 (poeta), Hec. I 2, 84 (procus), Eun. II 2, 31 (secta), Hec. I 2, 121, Ad. II 1, 37; IIII 7, 10 (Vertumnus).

[1]) magnus profecto scholiorum numerus est, quae eiusmodi particulis inducuntur; cf. ager Ad. III 3, 47; cella Ad. IIII 2, 13; clemens Ad. I 1, 17; V 4, 10; exequiae Andr. I 1, 100; exspuere Eun. III 1, 16; irrito Andr. III 4, 18 al.

[2]) sic recte legitur in Bembino.

[3]) sic locum restituit Sabbadini.

[4]) Eun. III 5, 53 si verba 'limis, si nominativus singularis est, transversus significat' respexeris, vix veri simile tibi videbitur eundem scriptorem verbis quae sequuntur 'nam limis est transversus' in hac re explicanda perrexisse. eodem modo suspecta sunt quae Hec. III 4, 27 inde a verbis 'caro enim' usque ad 'cadat' leguntur.

Sed ut haec quaestio accuratius explicetur, id nobis agendum es quibusnam ex fontibus etymologiae quae in hoc scholiorum corpore veniuntur haustae sint, exploremus. complures igitur diserte ad Varroı referuntur. etenim Eun. II 2, 25 scholiasta ipsis Varronis verbis prol hunc in libris qui antiquitates rerum Romanarum inscribuntur exposui adfirmat Forum Cupidinis et Macellum ab duobus hominibus, quorum uı Numerius Equitius Cuppes, alter C. Romanius Macellus vocabatur, nom accepisse atque a foro Cuppis cuppedinarios dictos esse. de hac vo eadem rettulit Varro de lingua L. V 146 sq. et Festus p. 34 T. sic quoqı Eun. IIII 3, 7 haec adferuntur: 'Varro ad[1]) Marcellum: *id praesente legat omnibus, exercitu pronuntiat*'. praemittitur Pomponii locus (Ribbeck Con Rom. fr.[2] p. 232, 47). deinde libris, quibus de his rebus expositum erai non indicatis legimus Ad. IIII 2, 37 'sacellum ut Varro ait, sacra cella est et V 8, 29 'verba esse a veritate dicta testatur Varro'. ac priorem origina tionem Gellius N. A. VII 12, 5 sq. a C. Trebatio in libro de religionibus II propositam, sed eam refutandam esse dicit, cum sacellum simplex verbum et a sacro deminutivum sit. sed sive Gellius Varronem impugnare noluit sive eo tempore, quo haec scripsit, Trebatii librum solum in manibus habuit, certe causa non est, cur Varronem hanc etymologiam in libro V antiquitatum rerum divinarum, qui erat de sacellis,[2]) protulisse negemus. alteram autem originationem a Varrone profectam esse eo confirmatur, quod ea in Augustini de dialectica libri[3]) c. 5 legitur, ubi inter quattuor vocis verbi etymologias haec quoque legitur: 'verbum a vero cognominatum est'. his accedunt loci Ad. V 8, 16 'anno demum quinto et sexagesimo: haec aetas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum' et Phorm. I 1, 15, quo loco scholiasta testatur se ea quae Varro de pueris diis initiandis refert ex Probo sumpsisse.[4]) restat locus Ad. IIII 2, 44, de quo accuratius exponamus necesse est. etenim duae hoc loco adnotationes leguntur. priore enim de origine verbi portae his verbis exponitur: 'porta autem ab aratro portando dicta est, quod in eo loco coloniae auctor et conditor subiunctis vacca et tauro aratrum, quo urbem designat, suspendit manu, ne inprimat sulcos ubi civitatis aditus relinquendi sunt', quibus haec subiunguntur: 'credibiliter addidit lacum. nam Varro docet semper lacum portis additum, scilicet ob usum iumentorum exeuntium et introeuntium et praeterea ut

---

[1]) 'ad' scripsit Wilmans 'de M. Terentii Varronis libris grammaticis' p. 207.

[2]) cf. R. Merkel in Ovidii Fastorum editione p. CXVII sq., qui tamen Donati locum neglexit.

[3]) hunc librum enim ex Varronis de lingua Latina opere fluxisse recte intellexit A. Wilmans p. 144, 16.

[4]) eodem modo ad Probum revocamur Hec. I prol. 2 'calamitas παρὰ τὴν καλάμην dicitur, clades, quia clamatur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. sic Probus'.

adversum hostilem ignem portis de proximo subveniretur'.[1]) quae si respexeris, etiam ea quae antecedunt ex Varrone desumpta esse suspicaberis, id quod iam rebus et verbis quae hac adnotatione continentur probabile est. ac sane similia extant de lingua Lat. V 142 et 143. sed re vera ea ad Varronem redire confirmatur a Plutarcho Quaest. Rom. XXVII, ubi haec leguntur: *διὰ τί πᾶν τεῖχος ἀβέβηλον καὶ ἱερὸν νομίζουσι, τὰς δὲ πύλας οὐ νομίζουσιν; ἢ καθάπερ ἔγραψε Βάρρων . . . ὅθεν οἱ πόλιν ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίζοντες ὅσον ἂν μέλλωσιν τόπον ἀνοικοδομεῖν ἐπίασιν ἀρότρῳ βοῦν ἄρρενα καὶ θήλειαν ὑποζεύξαντες, ὅταν δὲ τὰ τείχη περιορίζωσιν, τὰς τῶν πυλῶν χώρας διαμετροῦντες τὴν ὕννιν ὑφαιροῦσιν καὶ μεταφέρουσιν οὕτω τὸ ἄροτρον* . . . iam si reputaveris scholiastam ipsum testari ea quae Phorm. I 1, 15 rettulit ex Probo hausta esse, suspicari licebit cetera quoque non ex ipso Varrone profecta esse, sed ex antiquiore commentatore vel etiam pluribus, qui Terentii comoedias illustraverunt. de veteribus igitur Terentii interpretibus mox accuratius disserturus iam hoc loco de uno, qui sine dubio Varronem ipsum legerat cuiusque vestigia non pauca in hoc scholiorum corpore deprehenduntur, verba faciam. Helenius Acro is est, quem Charisius G. L. I 192, 30 commentarios non indiligentes Terentii Adelphis adtulisse refert. atque idem ex commentariis illis 210, 10; 229, 21; 197, 25; 200, 16; 126, 17; 119, 12[2]) et 219, 5 adnotationes excerpsit, quibus hi Adelphorum loci illustrantur: prol. 9; I 1, 15. 20; II 4, 23; V 3, 23; 9, 5, et praeterea tres ex commentariis ad Eunuchum 210, 15; 201, 3; 216, 9 ad hos locos: I 1, 5; 2, 46; II 1, 8 referendas. quare recte Schopen p. 39 sq. et Umpfenbach in Terentii editionis praefatione p. XXXVIII statuerunt Acronem certe has duas fabulas interpretatum esse. Donatum autem Acronem expilavisse multis argumentis comprobatur. etenim apud Charisium I 229, 21 haec leguntur: 'atque pro et. Terentius in Adelphis (sequitur versus I 1, 15), ubi Acron 'argute' inquit; 'nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem' et in scholiis ad eundem versum: 'transitus ad argumentum subtilissimus'. tum I 219, 5, quo loco versus Ad. V 9, 5 adfertur et 192, 30 — commentarios Acronis ad Adelphos ibi tantum nominari supra dictum est — Acronem dixisse refertur 'sedulo' fortasse idem esse quod 'sine dolo', quae originatio compluribus locis in scholiis repetitur: Eun. I 2, 58; Ad. I 1, 25; II 2, 43; III 3, 59; Hec. I 1, 6; Phorm. II 3, 81.[3]) deinde ea quae ad Eun. I 1, 5 proferuntur: 'prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet' comparari possunt cum Acronis adnotatione apud Charisium 210, 15, ubi haec leguntur: 'prius pro melius, utilius, antiquius. Terentius in

---

[1]) Varronis fragmentum libro quarto antiquitatum rerum humanarum tribuit P. Mirsch in stud. Lips. vol. V p. 94, Donati locum non adtulit.

[2]) hoc loco Acronem Verrium impugnavisse dicit.

[3]) sane a Nonio I 51 L. M. et Servio ad Verg. Aen. II 374 edocemur hanc etymologiam vulgatam fuisse.

Eunucho (I 1, 5), nisi Helenium Acronem errasse dicendum sic intellexit ut fortius, id est gloriosius'.[1]) denique si hunc 201, 3 'interea loci Terentius in Eunucho (sequitur versus Acron 'quaeritur' inquit 'quo accentu dici debeat interea loci ad Eun. II 2, 24 'interea loci: duae partes orationis cum coni fecerint, mutant accentum' respexeris, eandem rem tractatam mus. accedit Donati locus in arte G. L. IIII 371, 22.[2]) s nomine quoque scholia ad Horatium feruntur, quibus multa c ad Terentium communia esse neminem fugere potest. sed c editionis scholiorum in Horatium, quam instituerunt A. Holder et volumen alterum nondum prodierit, omnia quae dicuntur Acronis sc minare nolo, sed Hauthalii editione, quae incertum sane fundamen bet, usus duas etymologias tantum et his et illis communes proferam. igitur velim hos locos: schol. Hor. C. IIII 11, 6 'verbenae sunt omne frondesque festae ad aras coronandas, dictae quasi herbenae' et scho IIII 3, 11 'verbenae sunt omnes herbae frondesque festae ad ara nandas vel omnes herbae frondesque ex aliquo loco puro decerptae. benae autem dictae quasi herbenae', schol. Hor. C. I 25, 10 'angip alii dicunt vicum sine exitu quasi in loco deserto et sine conventu fletura esset, alii vicum angustum et flexuosum in modum anguis vel secreto serpentibus tutum quasi anguis portum' et schol. Ad. IIII 2 'angiportum: id est angusta et curva via, quasi anguiportus ut angitia anguitia. alii quod inter portus sit locus angustus hoc est inter don nam domos vel portus vel insulas veteres dixerunt'. vides haec ape inter se congruere atque in primis ea quae priore loco posui inter se qua maxime conspirare; alios autem locos, quibus hae etymologiae proferuntu non inveni. quae cum ita sint, non sane improbabile est eos locos, quibu Varronis memoria inicitur, ex Acronis commentariis depromptos esse.

Praeterea multae originationes in scholiis extant, quae ab aliis Varroni tribuuntur. veluti dolus a dolando derivatur Eun. III 3, 9, quod Varronem protulisse testatur Servius ad Verg. Aen. VII 664 (libro XXII antiquitatum rerum humanarum adscribitur apud Mirschium p. 135), indutiae a die Eun. I 1, 15, quod ad Varronem, qui de hac re in eodem libro exposuit, testis est Gellius N. A. I 25, 1 (cf. Mirsch p. 135), haruspex ab haruga (hostia) Phorm. IIII 4, 29 — eadem etymologia apud Velium Longum G. L. VII 73, 9 legitur atque a Merkelio p. CXVI Varronis antiquitatum rerum divinarum libro III adscribitur —, provincia a porro vel procul et vincendo Phorm. I 2, 22 — haec originatio in libro XIII anti-

---

[1]) sic enim hunc locum probabiliter H. Keil restituit.

[2]) 'in compositis dictionibus unus accentus est non minus quam in una parte orationis, ut malesanus interealoci'.

quitatum rerum humanarum Varro proposuisse videtur, quo singularum quoque provinciarum nomina explicavit (cf. Mirsch p. 115 sq.), funus a funalibus Andr. I 1, 81. 88. 100, quam etymologiam ad Varronem de vita populi Romani[1]) redire ex Servio ad Verg. Aen. I 727 (cf. schol. ad Aen. XI 143) compertum habemus. denique multis locis eaedem etymologiae et in scholiis Terentianis et Varronis de lingua Latina libris inveniuntur, quas iam enumerabo. cella a celando Ad. IIII 2, 13 L. L. V 162, dividuum a divisione Ad. II 2, 33 L. L. VII 60, fatuus a fando Eun. V 8, 49 L. L. VI 55; effutire a vase futili Andr. III 5, 3, Phorm. V 1, 19 L. L. V 119, Iuno Lucina a iuvando et luce Andr. III 1, 15 L. L. V 69, mancipium quod manu capitur Ad. II 1, 28 L. L. VI 85, meridies quasi medidies Ad. V 3, 62 L. L. VI 4.[2]) sed num Donatus vel ii, a quibus haec scholia profecta sunt, Varronis libris ipsis usi sint quam maxime dubitari potest, cum aliis scholiis eius generis respectis comprobari possit ea ad Verrii Flacci libros de verborum significatu redire, quos primum altero fere p. Ch. n. saeculo Festum, deinde octavo Paulum in brevius contraxisse constat. itaque cum Festi epitoma et, cum illa non integra ad nos pervenerit, cum Pauli excerptis haec scholia conspirant: Phorm. I 4, 53 'succenturiati dicuntur qui explendae centuriae gratia subiciunt se ad supplementum ordinis', Fest. p. 442, 25 T. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere'.[3]) — Hec. II 1, 41 'oppido. valde. translatio a rusticis, qui interrogati quemadmodum fruges provenissent respondebant: oppido, id est quae sibi et oppido sufficere potuissent' Paul. p. 207, 6 T. 'oppido: valde, multum. ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, saepe respondebatur: quantum vel oppido satis esset'. — Ad. III 3, 5 'veteres ganeam subterraneam tabernam dixerunt ἀπὸ τῆς γαίης, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius', Paul. p. 68, 21 T. 'ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terentius' (sequitur versus Ad. III 3, 5). — Andr. I 1, 58 'dic imperativum est, ideo temperavit iniuriam blandimento 'sodes'; est autem 'sodes' si audes, ut 'sis' si vis',[4]) Paul. 423, 14 T. 'sodes si audes, uti sis pro si vis . . . Terentius' (sequitur versus Andr. I 1, 58). his exemplis comprobatur scholia Donatiana, quod ad etymologias pertinet, arto quodam vinculo cum Festi epitoma conexa esse. quodsi scholium Ad. III 3, 5 paulo copiosius est Pauli adnotatione, id non miraberis, si quantum differant excerpta Pauli ab ubertate quae est

---

[1]) in libro primo eam positam fuisse coniecit H. Kettner p. 29.

[2]) eadem etymologia commemoratur Cic. Or. 157 Quint. Inst. or. I 6, 30 aliisque locis.

[3]) respexit Mueller in adnotatione p. 307 Donati scholium, sed falso ad Andr. I 4, 51 rettulit.

[4]) reicitur simul altera vocis 'sodes' explicatio his verbis: 'nam delirat qui σῶος ζῇς interpretatur sodes'.

in Festi epitoma reputaveris. sic apud Charisium G. L. I 103, 7 sqq. haec legimus: 'Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia immodica et inde labiones dici; nam et Terentius' (sequitur versus Eun. II 3, 45) et in scholiis ad hunc versum haec adnotata habes 'labiis demissis: labia maiora labra, unde labeones', in Paulo autem eiusmodi interpretatio non invenitur. unde si quae in commentariis Terentianis proferuntur etymologiae cum Festo vel Paulo concinunt, epitoma Festi Donatum tamquam fonte usum esse colligo, veluti naviter a navi derivatum Eun. I 1, 6 et Paul. 170, 32; 191, 12 T., opportune ἀπὸ τοῦ portus Hec. IIII 4, 4 et Paul. 218, 4 T. atque eodem modo, ubi Varro Festus scholia congruunt, Festum potius quam ipsum Varronem adhibitum esse,[1]) veluti in his vocum quarundam explicationibus: cella Ad. IIII 2, 13 Varro L. L. V 162 Paul. 66, 9; effutire Andr. III 5, 3, Phorm. V 1, 19 Varro L. L. V 119 Paul. 89, 4; haruspex Phorm. IIII 4, 29 Varro (cf. p. 123) Paul. 71, 19 T., mancipium Ad. II 1, 28 Varro L. L. VI 85 Paul. 95, 1 T.; omen Andr. I 2, 29 Varro L. L. VII 97 Paul. 225, 4 T.[2])

Communes quoque scholiis sunt complures etymologiae cum Nonii Marcelli libro,[3]) ita tamen, ut omnibus locis adnotationes in commentariis Terentianis copiosiores esse inveniamus. sic Hec. I 2, 2 haec adscripta sunt: 'et percunctatum et percontatum scribitur. sed percontatum a conto dicitur, quo nautae utuntur ad exploranda loca navibus opportuna, si vero percunctatum, ab eo quod a cunctis perquiratur dicitur'; Nonius I 60 L. M. priorem tantum locum exhibet. Ad. IIII 2, 48 tres vocis silicernium etymologiae adferuntur: cena, . . . quod eam silentes cernant, id est umbrae possideant vel quod qui haec inferant cernant tantum, neque degustent; senex qui iam iamque silentibus umbrisque cernendus sit; senex qui silicem cernit vel stratae saxo viae intentus vel sarcophagi iamiam adpropinquantis sibi; sed hanc etymologiam minime probabilem esse dicitur. quod apud Nonium quoque I 65 L. M. legitur, quo loco ultima tantum etymologia adfertur. deinde sub vocibus 'protelet (I 589 L. M., Phorm. I 4, 36), ringitur (I 241 L. M., Phorm. II 2, 27), rivalis (I 45 L. M., Eun. II 3, 62), scitus (I 665 L. M., Andr. III 2, 6) isdem Terentii locis, ad quos in commentariis explicationes horum verborum adscriptae sunt, in Nonio adnotationes adiectas habes. atque idem valet de locis, quibus verba 'labium, lacto, limen, mussare, nubere, omen, oppido, praestolari, viere' Terentio non nominato enarrantur. denique sub vocibus 'ineptus' (I 81 L. M.), 'meridies' (I 81 L. M.), 'sodes' (I 260 L. M.) eaedem, quae in commentariis Terentianis (Hec. V 3, 4, Ad. V 3, 62,

---

[1]) propius ad Varronem accedunt scholia in etymologiis vocum: funus et Iuno Lucina.

[2]) neque tamen mirabimur scholia recedere a Varrone in quibusdam originationibus, veluti vocum: ager, catus, comiter, fructus, scortum (cf. Lucret. IIII 12, 74 L.) et a Festo, cf. protelare, ringi, silicernium.

[3]) cf. quoque Gerstenberg p. 41 sq.

Andr. I 1, 58) extant originationes commemorantur Ciceronis locis (de orat. II 17; orat. 157 et 154), quibus inveniuntur, adlatis. sed mira quaedam ratio intercedit inter scholia Andr. III 4, 18, Ad. II 4, 18 et Nonium I 43 L. M. Andr. III 4, 18 haec legimus: 'irritatus est commotus, ira provocatus, ut in Phormione (V 8, 39). ducitur autem verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc litteram *r* imitantur', Ad. II 4, 18 autem haec: 'irritari proprie canes dicuntur. Lucilius[1]) de littera *r: irritata canis quod homo quam planius dictat*'. apud Nonium vero legitur: 'qui cum provocantur irriunt', ac simul adduntur praeter Phormionis locum[2]) et Lucilii versum, cui adiectum est 'Sat. I', Vergilii, Sallustii aliorumque loci. E. Bartels, qui in dissertationis de Terentii memoria apud Nonium servata (cf. diss. Argentor. VIIII) pp. 26—29 scholia Donatiana cum Nonii locis contulit, nihil inde efficere conatus est. Gerstenberg p. 41 sq. Eugraphii Donati Nonii locis comparatis omnes ad pleniores interpretum vetustiorum commentarios recedere dicit. ac de Eugraphio uberius disputavit, non tamen ita, ut ea quae statuit certa esse videantur. Nonius autem ut Donati scholia adhibere non potuit uno sine dubio saeculo antiquior,[3]) ita utpote compilator ex isdem quibus Donatus usus est antiquiorum commentatorum libris sua hausisse videtur. quam ob rem iam qui fuerint hi interpretes quidque praestiterint nobis inquirendum est.

Initium igitur faciamus ab eodem Rufini grammatici loco, G. L. VI 565, 1—6, a quo cum de veteribus Plauti interpretibus scripsit F. Ritschl (cf. eius Parerga p. 357 sqq.) profectus est. leguntur autem apud Rufinum haec: 'mensuram esse in fabulis [hoc est metron] Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi: Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius Vindex, Cinna, Sisenna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenius, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus, Plinius, Euanthius, Sacerdos qui et Donatus, Iuba'. neque vero hi omnes, quod per se patet, iustos in Terentium commentarios conscripserunt. certe in scholiis Donatianis Aspri et Probri, ut Nigidii et Adesionis, mentio tantum inicitur, Helenii vero Acronis, Fl. Capri Arruntiique Celsi aut commentarii Terentiani diserte commemorantur aut tales adnotationes adferuntur, quae ex commentariis depromptae esse videntur. de his igitur interpretibus agam, non quia nondum de eis uberius disputatum est, sed quia loci quibus nominantur mihi diligentius quam adhuc factum est explicandi esse videntur.[4]) atque de Acrone iam supra

[1]) l. I, fr. XXVII, p. 5 M.

[2]) in libris manu scriptis tantum 'irritor' legitur.

[3]) cf. edit. Muelleri adversaria I (vol. II) p. 244 et Th. Mommsen Hermae vol. XIII p. 559

[4]) de his omnibus disseruit L. Schopen in libello de Terentio et Donato eius interprete p. 30 sqq., cf. G. S. Suringar Hist. crit. schol. Lat. I 77 sqq. locos, quibus commemo-

p. 122 exposui. Aspri[1]) in scholiis ter mentio fit: Ad. III 2, 25 ‘quid festinas, mi Geta? Probus adsignat hoc Sostratae, Asper non vult ad omnia servum[2]) respondere, sed nutricem putat hoc loqui’, Ad. IIII 2, 20 ‘hem, vide ut discidit labrum: Asper mediam longam a caedendo accipit, ego mediam brevem a scindendo’, Phorm. I 2, 24 ‘memini relinqui me deo irato meo: sic Vergilius ⟨Aen. XII 539⟩: *nec di texere Cupencum Aenea veniente sui.* hoc Asper. sed mihi videtur ad hoc addidisse ‘meo’, ne esset *ἀμφίβολον* cui diceret irato deo’. primum et tertium scholium sine dubio ex commentario in Terentium desumpta sunt. et cum Aspri commentarii in Terentium disertis verbis a Rufino G. L. VI 555, 1 commemorentur,[3]) dubitari non potest, quin cum Schopeno p. 32, cui omnes adsentiuntur, statuendum sit alterum quoque scholium ex commentariis illis, non ex alio libro ab Aspro conscripto[4]) fluxisse.

Veniamus ad Probum,[5]) cuius nomen his locis adfertur: Andr. V 3, 4 (‘quaerit Probus ‘ain’ quae pars orationis sit et an una sit. est autem ain quasi aisne’), Eun. I 1, 1 ‘non eam, Probus distinguit, iungunt qui Menandri exemplum legunt’), Ad. III 2, 25 (‘quid festinas, mi Geta? Probus hoc assignat Sostratae’), Hec. I prol. 2 (‘calamitas *παρὰ τὴν καλάμην* dicitur, clades, quia clamatur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. sic Probus’), Phorm. I 1, 15 (‘legitur apud Varronem initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae, divis edendi et potandi et cubandi, ubi primum a lacte et a cunis transierunt, quod Vergilius ⟨Ecl. IIII 63⟩

---

rantur, collegit Umpfenbach in ed. Ter. praef. p. XXXVII sq. libros quibus de singulis agitur suis locis nominabo.

1) Asprum sub finem alterius et initio tertii post Chr. n. saeculi statuit G. Lämmerhirt Comm. phil. Ienens. IIII 401 sqq.

2) quin Probus Sostratae, Asper nutrici haec verba tribuerit dubium non est; sed quid ‘servum’ sibi velit non intellego. expectamus certe tale quid: Asper non vult Cantharam, quae versum XI recitaverat, ad v. XXXVIII tacentem adstare, sed ei etiam v. XXV adscribit. quam ob rem ‘eram’ pro ‘servum’ legendum esse suspicor, ut hic sensus efficiatur: Asper non vult Sostratam solam cum Geta colloqui.

3) verba eius haec sunt: ‘Asper in commentario Terentii sic: hosce versus agere coepisset ⟨Phorm. II 2, 1⟩ et deinceps qui secuntur quadrati’.

4) scripsit enim Asper praeter commentarios Terentianos quoque Vergilianos et Sallustianos (cf. Hieronymum adversus Rufinum I 16 et Charisium G. L. I 216, 28) ac fortasse quaestiones Vergilianas grammaticas; vide quae de hac re disputavit Lämmerhirt p. 325.

5) I. Steup ‘de Probis grammaticis’ tres Probos discernere voluit, M. Valerium Probum Berytium, Valerium Probum, denique Probum artigraphum. alteri, qui a Martiale et Gellio commemoratur, Terentianos Vergilianosque commentarios tribuit, quam sententiam a G. Teuffelio (Mus. Rhen. XXVI 488 sqq.) impugnatam ibid. XXVII 62 sqq. defendit. sed quamquam Teuffel rem haud prospere gessit, tamen I. Kirchner in libello ‘de Servii auctoribus grammaticis, quos ipse laudavit’ (Ann. phil. suppl. VIII 498 sqq.), Servium Probum Berytium unum significavisse comprobavit. confer quoque Grammaticorum Latinorum a Keilio editorum vol. I praef. LII sq. et IIII praef. p. XVI sq.

nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est. haec adnotavit Probus'), Phorm. I 3, 3 ('quod ni fuissem incogitans: incogitans temerarius. Probus 'incogitans' inquit 'in usu est, at non eodem modo cogitans''), Phorm. II 3, 25 ('male loqui pro male dicere. et quaerit Probus quis ante Terentium dixerit'), Phorm. V 9, 16 ('mi homo, di melius duint: quaerit Probus an matrona tam familiariter 'mi homo' recte dicat alieno, sed frustra'). denique Andr. IIII 3, 5, quo loco legitur: 'dolorem (sic ed. princeps) distingue probe et post intulit separatim quod sequitur' Umpfenbach 'distinguit Probus' scripsit, nisi forte '*distingue* Probus' scribendum est, ut Probum post 'laborem' distinguere iussisse significetur; nam verbum dicendi facile mente intellegi potest. hi loci omnes ex commentariis Terentianis desumpti sunt; nam cum de ceteris res certa sit, quintum quoque eandem originem habere quam maxime probabile est.

Commemoratur praeterea a Donato Nigidius tribus locis: Phorm. I 4, 4 'nam non potest celari: Nigidius celari quaerit utrum plenum sit an pressum,'[1]) Phorm. I 4, 13 'hinc me conicerem protinus in pedes: *protinam* fuit. sic Nigidius legit', Phorm. II 1, 3 'revereri saltem, non pudere: hic Nigidius adnotavit neminem videri pudere ante delictum'. ac duas priores adnotationes optime locum habere potuisse in commentariis grammaticis Nigidii, quorum mentionem facit Gellius N. A. X 5, 1 nemo puto negabit. quod ad tertium locum adtinet, 'hic' certe idem significat quod 'ubi' atque ita comparatus est is locus, ut ex commentario in Terentium desumptus esse videri possit. sed si Gellium N. A. XII 14 respexeris, quo loco ille refert in Nigidii commentariis grammaticis legi 'saltem' esse 'si aliter' per defectionem; nam plenam esse sententiam 'si aliter non potest',[2]) ex hoc commentariorum loco eam adnotationem depromptam esse mihi concedes. etenim in hoc Phormionis versu 'saltem' legitur atque inde patet Nigidium in commentariis grammaticis originatione vocis 'saltem' prolata, ut rem illustraret, hunc Terentii versum adtulisse eiusque sententiam explicavisse. recte igitur Schopen p. 41 sq. Nigidium ex Terentii interpretum numero eximendum esse statuit. neque vero Donatum ea quae ex Nigidio rettulit ex ipsis eius commentariis hausisse, sed ex commentariis veterum grammaticorum, fortasse Probi sumpsisse certum est.

Restat Adesio Eun. IIII 4, 22 commemoratus, quo loco fabula Latina cum Graeca comparatur. opponitur autem huius sententia ei, quam alii Menandri verba secuti proposuisse dicuntur. corruptum autem esse 'Adesionem' recte dixit Schopen p. 42. quam ob rem restituendum esse 'autem Acronem' suspicatus sum; sed nihil ipse tali commento tribuo.

---

[1]) sententiam huius loci explicat A. Swoboda 'P. Nigidii Figuli operum reliquiae' p. 82 adn.

[2]) cf. L. Merklin Ann. phil. suppl. III 689, M. Hertz in libro de P. Nigidii Figuli studiis atque operibus p. 20 sq., Swoboda p. 19 sq.

Cum igitur XV vel XVI locis grammaticorum sententiae adferantur, quinque eas propterea adlatas esse videmus, ut refellantur: Andr. V 3, 4, Ad. IIII 2, 20, Phorm. I 1, 15; 2, 24; V 9, 16, binis diversae eorum sententiae proponuntur, ut una alterave eligatur, veluti Eun. I 1, 1, Ad. III 2, 25.

Terentii interpretibus adnumeraverunt quoque Arruntium Celsum Schopen p. 38 sq. et Umpfenbach p. XXXVIII; sex enim locis apud Charisium adnotationes eius ad Phormionem adferuntur Gr. L. I 213, 17: Phorm. I 2, 32; 223, 11: Phorm. I 2, 45;[1]) 212, 3: Phorm. I 4, 17; 207, 13: Phorm. IIII 3, 38; 222, 28: Phorm. IIII 4, 6; 214, 4: Phorm. V 8, 85. sed recte mihi Ritschl (in Parergis p. 367 sq.) observavisse videtur adnotationes illas non tam ex iustis in Terentium commentariis quam ex libro de verbis priscis excerptas esse, id quod his locis confirmatur. apud Charisium 207, 13 haec legimus: 'nimium quantum Terentius in Phormione (IIII 3, 38), ubi Celsus 'pro nimium ut immane quantum, incredibile quantum, *licet quidam sic legant*' inquit '*ut nimium servus dicat, quantum vero senex,* sed sequentia intelleguntur'', in scholiis autem ad hunc versum adscriptum est: 'apud quosdam diversae personae cum verbis singulis'. adparet Celsum ad quaestionem grammaticam, quae non ad hunc locum ipsum, sed in universum proposita esset, expediendam lectionis diversitatem, qua regula ab eo constituta immutaretur, adnotare debuisse; scholiasta autem, qui ex eodem quo Celsus fonte hauserat, cum adnotationem grammaticam non exhibeat, lectionis diversae tantum mentionem iniecit. adde Charisii locum 223, 11: 'hic viciniae: Terentius in Phormione ⟨I 2, 45⟩, ubi Celsus *adverbialiter* inquit *ut domi militiaeque*' et scholium ad hunc versum: 'adverbium in loco est 'hic viciniae''. item a Prisciano G. L. III 11, 14 sqq. edocemur Celsum de vocativo pronominis possessivi 'mi' verba fecisse atque eam rem ita explicavisse, ut 'mi' a nominativo 'mius' formatum esse diceret. in scholiis autem compluribus locis, veluti Eun. I 2, 15; III 3, 30; Ad. III 2, 38; V 8, 12; Phorm. II 1, 24, adnotatur vocativum pronominis 'meus' 'mi' esse, formae illius explicatione non adiecta. quare statuendum est neque Arruntium Terentii interpretem fuisse neque eius doctrinae vestigia in scholiis inveniri.[2])

[1]) apud Charisium legitur: 'in Hecyra'; sed cum in hac fabula verba 'hic viciniae' non extent, Bentley 'in Andria' ⟨I 1, 43⟩ coniecit. probabilius autem est quod Schopen proposuit et Keil probavit: 'in Phormione' ⟨I 2, 45⟩; nam in hoc versu 'hic viciniae' legitur et ceterae adnotationes ad hanc tantum fabulam referuntur.

[2]) neque Fl. Caper Terentii interpretibus adnumerandus est, de quo apud Charisium 194, 29 haec leguntur: 'alias pro aliter. Terentius in Andria ⟨III 2, 49⟩, ubi Flavius Caper de latinitate: 'non ausim affirmare pro aliter dici; nam neque pronomen est neque adverbium temporis''. recte enim Ritschl (in Parergis p. 363) observavit illo 'ubi Caper' nihil aliud significari nisi Caprum, ut sententiam eorum qui 'alias' idem quod 'aliter' esse statuissent refelleret, hunc versum attulisse. cf. Keil diss. Halens. X p. 252 sq.

Saepenumero in scholiis reperiuntur loci quibus binae diversorum auctorum sententiae ita inter se opponuntur, ut non utra praeferenda sit adiciatur, veluti Phorm. III 2, 41 'non: verum haec ei antecessit: urbane leno: haec antecessit, ut alii putant meretrix vendita, ut alii dies, qua lenoni constitutum fuit'. sic quoque 'alii ... alii' dictum habes Andr. III 1, 19; Ad. IIII 7, 9; V 3, 19; 7, 6; Phorm. II 1, 65; 2, 7; 'quidam ... quidam' Andr. prol. 17; Phorm. I 1, 15; 'sunt qui ... sunt qui' Hec. IIII 2, 14. saepius explicationi propositae altera alterius adiungitur nec tamen utra accipienda vel reicienda sit exponitur, veluti Andr. V 4, 30 'arrige aures, Pamphile: hoc Simo videtur dicere; ut alii putant, ipse sibi Pamphilus'; sic quoque 'alii' dicitur Andr. IIII 5, 6; V 4, 36. 47; Eun. II 2, 1; Ad. II 3, 7; III 1, 10; 2, 12; 4, 12; IIII 1, 21; 2, 39; Hec. III 1, 20. 27; 2, 20; 4, 10; Phorm. I 4, 36; II 2, 31; 'quidam' Andr. I 5, 65; IIII 4, 15; Eun. IIII 4, 41. 43; V 4, 17; Ad. I 1, 18; IIII 1, 16; Hec. II prol. 49; IIII 1, 21; Phorm. I 2, 3. 74; 3, 7; II 1, 19; 3, 79; III 3, 19; IIII 3, 38; V 3, 28; 'sunt qui' Andr. I 1, 17; 4, 1; II 3, 21. 22; V 4, 26; Eun. IIII 2, 9; Ad. IIII 4, 9; Hec. IIII 2, 14; Phorm. prol. 1; III 2, 1. nonnumquam alius grammatici sententia profertur, ut statim enuntiato, quod a pronomine 'ego' vel 'mihi' aut a particula 'sed' incipit, addito impugnetur.[1]) atque 'ego' vel 'mihi' his locis[2]) usurpatur: Andr. II 4, 7; Ad. II 3, 6; IIII 7, 34; Hec. III 4, 26; IIII 4, 89 (ego puto); Andr. III 2, 30 (ego sc. puto); Andr. III 2, 3 (ego non probo); Ad. III 3, 36 (ego refero); Eun. I 2, 5 (mihi videtur), 'sed' vero his: Eun. V 1, 7 (sed ego agnosco); Andr. II 5, 19; Eun. III 2, 5 (alii ... sed melius); Ad. II 3, 8 (alii ... sed male); Eun. IIII 3, 11; Andr. III 2, 3 (quidam ... sed); Ad. II 4, 23; Hec. II 1, 37; Phorm. I 4, 9 (quidam ... sed); Eun. IIII 7, 16 (sunt qui ... sed). passim aliis modis enuntiatum illud inducitur, veluti Andr. I 1, 19 (male intellegit qui); Andr. I 1, 28; Eun. IIII 7, 25; Ad. I 2, 36; Phorm. I 3, 8 (errant qui), Hec. III 4, 10 (nam qui iungunt ... errant), Andr. I 1, 58 (delirat qui); 2, 34 (plurimi non intellegentes legunt); Phorm. I 2, 43 (ut stulti putant). qui haec scripsit, ante se habuit complures commentarios, ex quibus, si quae ei probabilia videbantur, recepit, quae vero ei non probabantur reiecit. praeterea bis in eodem scholio diversae eiusdem rei explicationes proferuntur ita, ut altero scholio adiecto una aut confirmetur aut refutetur, Andr. II 5, 19; V 2, 14. unde cognoscere licet alterum scholiastam eis quae legerat suam de eadem re sententiam adiecisse.

Iam si res quae adnotationibus illis continentur respexeris, tria in primis genera earum discernenda esse intelleges.[3]) etenim primum ad-

---

[1]) de locis quibus certi quidam grammatici impugnantur cf. p. 129.

[2]) cf. Sabbadini II 13 adn. 1.

[3]) de rebus grammaticis agitur Andr. V 2, 14; Eun. I 2, 5; Hec. III 4, 10, de pronuntiatione Eun. IIII 4, 43; Ad. I 1, 1; IIII 1, 16; 5, 49; Phorm. I 3, 7 al.

notationes sunt ut ita dicam criticae, quibus aut quae scr ferendae aut quomodo singula enuntiata pronuntianda vel quaeque singulis personis tribuenda sint exponitur, veluti A 'arrige aures, Pamphile: hoc Simo videtur dicere, ut alii putai Pamphilus'. eodem modo adhibetur: 'alii' Andr. V 4, 47; E Ad. I 1, 1; II 3, 7; IIII 7, 9; V 3, 19; 'quidam' Andr. I 1, 18; Eun. IIII 3, 11; 4, 41; Ad. II 4, 23; IIII 1, 16; Hec. I 1, 1; 2, 7 I 2, 74; 3, 7; II 1, 19; IIII 3, 38; V 3, 38; 'sunt qui' Andr. V 4, IIII 7, 16; Ad. IIII 4, 9; Hec. IIII 2, 14; Phorm. III 2, 1; 'er Andr. I 1, 28; Hec. III 4, 10; 'ego puto' Ad. II 3, 6; 'plurimi' Andr deinde extant adnotationes, quibus singulorum verborum vis v illustratur, velut Andr. IIII 5, 6 'sobrini sunt consobrinorum filii . . . ut alii putant de sororibus nati. ii sunt sobrini quasi sororini dic 'alii' usurpatur Ad. III 1, 10; IIII 1, 21; 2, 39; Hec. III 1, 20; Phor 36; 'quidam' Andr. prol. 17; Ad. IIII 2, 48; Phorm. prol. 26; I 2, 3 dam . . . sunt qui' Andr. III 2, 30; 'sunt qui' Eun. V 8, 49; 'errant qu I 2, 36; 'delirat qui' Andr. I 1, 58; 'male qui' Hec. I 1, 8; 'ego' Andr. Il tertium genus efficitur eiusmodi adnotationibus, quibus sententiae ver explicantur, veluti Andr. III 1, 19 'num immemores discipuli: . . . disc genetivus est singularis casus. alii nominativi pluralis putant'. eadem rat 'alii' dicitur: Andr. IIII 1, 5; Eun. IIII 7, 6; Ad. II 3, 8; III 2, 12; 4, V 9, 37; Hec. III 2, 20; Phorm. II 1, 65; III 2, 41; 'quidam' Andr. III 3; Eun. V 4, 17; Hec. II prol. 49; II 1, 37; IIII 1, 21; Phorm. I 4, 9; II 79; III 3, 19; 'sunt qui' Andr. I 1, 17; 4, 1; II 3, 6. 21. 22; Eun. IIII 9; Phorm. prol. 1; 'errant qui' Phorm. I 3, 8; 'male intellegit qui' And I 1, 19; 'ut stulti putant' Phorm. I 2, 43; 'ego' Andr. III 2, 3; Ad. III 3, 36 Hec. IIII 4, 89. iam cum viderimus Probum et Asprum de enuntiatis et recte distinguendis et ad singulos interlocutores referendis disputavisse, ad hos ut adnotationes illas primo loco adlatas, quae verbis 'alii', 'quidam' similibus inducuntur, ita reliquas quoque referam, quibus eiusmodi verbis non adiectis aut de dubia distinctione (cf. Ad. II 2, 5; 3, 1; III 2, 23; IIII 5, 59; Hec. I 2, 29; Phorm. V 6, 9) aut de verbis singulis personis tribuendis (cf. Ad. IIII 2, 47) agitur. etymologiarum quoque verborum 'angiportum' (Ad. IIII 2, 39) et 'silicernium' (Ad. IIII 2, 48) eandem originem esse supra vidimus.[1])

Hoc autem loco id agendum nobis esse patet, ut de adnotationibus satis frequentibus, quibus nominum personarum, quae in fabulis inducuntur, origines explicatae sunt, quae ad rem nostram faciunt exponamus. disputatur autem de hac re communiter Andr. I 3, 21 et Ad. I 1, 1,[2]) de sin-

---

[1]) cf. pp. 123 et 125.

[2]) cf. Ritschelii opuscula III 350 sq. et quae C. Wachsmuth in adnotatione hoc loco subiecta disputavit. 'Scirtus' pro 'Circus' in scholio ad Ad. I 1, 1 restituit Ae. König Ann. phil. CXXI p. 520.

gulis nominibus Andr. I 1, 46. 58; Eun. I 2, 87;[1]) III 1, 24; IIII 7, 4; Ad. III 2, 54; IIII 2, 42; V 9, 16; Hec. I 2, 3, denique Phorm. prol. 26. 28; I 2, 72,[2]) qui loci cum eis quae in praefatione ad Phormionem a Donato scripta (14, 4 sqq.) leguntur arte cohaerent. de hac re iam Varronem quaestiones instituisse confirmatur a Servio Georg. I 186 (cf. Isidor. XII 8, 17)[3]), quo loco refertur eum Curculionis nomen per antistoichon dictum putavisse quasi gurgulionem. ac fortasse quoque quae de personarum quarundam Plautinarum, velut Misargyrides et Pseudolus, Ad. I 1, 1 et Andr. I 3, 21 nominibus dicuntur ad Varronem redeunt. de ceteris utrum ad Varronem an ad alios revocanda sint res dubia est; sed id certum esse videtur Donatum haec omnia ex commentariis antiquis sumpsisse.

Ex tribus igitur quae paulo ante enumeravimus scholiorum generibus ultimum in quod inquiratur restat simulque in adnotationes quasdam criticas, quibus de textu ex codicibus constituendo agitur. etenim aut versus quosdam negari Terentii esse dicitur, quippe qui in pluribus bonis exemplaribus non ferantur (Andr. V 6, 14) vel quos multa exemplaria non habeant (Ad. IIII 3, 10), aut lectiones, quas in veris, in aliis, in quibusdam codicibus extare narratur, proponuntur (cf. Hec. IIII 4, 43; Andr. I 5, 1; III 4, 20; Ad. IIII 5, 72), aut denique, quod fit saepissime, variae scripturae verbis 'legitur et' vel 'et legitur' adiectis commemorantur, raro autem cur lectio quaedam praeferenda sit expositum habes (cf. Andr. I 2, 34; Ad. V 3, 49; Phorm. I 3, 22).[4]) horum scholiorum color et stilus ita comparati sunt, ut temporibus Donati aetate recentioribus scripta esse videantur. habemus igitur praeter scholia rhetorica ex Eugraphii commentario in corpus Donatianum translata alia quoque certa documenta quibus comprobatur corpus illud postea auctum et amplificatum esse. iam vero notum est in scholiis Vergilianis quae sub Servii nomine feruntur et nominari saepe Donatum eiusque adnotationes compilari.[5]) veluti quod ad etymologias adtinet, has quae nullo alio loco commemorantur et apud Servium et apud Donatum repperi: frui (fructus) derivatur a frumine Eun. IIII 7, 46; Ad. V 8, 27; Phorm. II 2, 18 et Serv. Aen. I 178; scrupulus a scrupo lapide Andr. V 4, 37 et Serv. Aen. VI 238; uxor ab unguendo Hec. I 2, 60 et Serv. Aen. IIII 458. sed eodem modo constat scholia Serviana brevia sane et ieiuna septimo fere saeculo doctis additamentis aucta esse.[6]) quibus

---

[1]) hunc locum emendavit Sabbadini II p. 95.

[2]) simillima codicis Bembini scholia in integrum restituit G. Studemund Ann. phil. CXXV 58 sq.

[3]) cf. fragmentum 112 incertae sedis apud Wilmansium.

[4]) cf. Umpfenbach in praefatione p. XXXX et XXXXII.

[5]) cf. editionis a Thilone et Hageno curatae vol. I, fasc. II, praef. p. XXI sq. et LXXV sqq. et Lämmerhirt p. 326 sq.

[6]) cf. Thilo et Hagen praef. p. V sqq. et LXVII sq., qui in editione talia litteris inclinatis inprimi iusserunt.

cum saepe de eadem re atque in scholiis Donatianis, sed eruditius atque copiosius disputetur, Thilo et Hagen (cf. praef. pag. XXII) scholiis quae ad Aen. XI 143 et XII 657 leguntur nisi contendunt in Servio scholiorum illorum pristinam formam servatam esse, contra in Donato tantum excerpta extare. his scholiis addi possunt ea quae Andr. I 1, 81. 88. 100 leguntur, quibus locis funus a funalibus derivatur eodem modo quo apud Servium Aen. I 727 et XI 143, ita tamen ut apud hunc etymologiam illam ad Varronis de vita populi Romani librum et Verrium Flaccum redire dicatur. vocis hymenaei origo triplici modo explicatur Ad. V 7, 6; nam et ad Hymenaeum, Liberi et Veneris filium, et ad virum quendam Atticum et ad membranam, qua virginitas munita est, refertur. prima et altera etymologia a Servio ad Aen. I 651 quoque breviter exposita est; sed ab altero scholiasta fabula de Hymenaeo et deo et viro copiosius quam in scholiis Donatianis narratur ad Aen. IIII 99 et 127. verbum remorandi a remora pisce derivandum esse legitur Andr. IIII 3, 24, Eun. II 3, 10; idem habes apud Servium ad Aen. VIII 699, ubi additur hanc etymologiam ex Plinii Secundi Naturali historia (cf. VIIII 79; XXXII 2 sq.) originem duxisse. sed his argumentis nequaquam comprobatur scholia Donatiana ex Servianis excerpta esse, cum nihil obstet quominus statuamus utraque ad communem fontem recedere atque in Donatianis ea quae illo fonte tradita erant in brevius contracta esse.

Isidoro in Originibus multa cum Servio Donato Eugraphio communia esse iam Thilo et Hagen p. XXXVIII sq. et XXXXIIII sq., Gerstenberg p. 44 sq. observaverunt [1]). sed si accuratius in locos illos inquisiveris, evincitur Isidorum scholia Donatiana qualia nunc habemus expilasse. cuius rei luculentum est documentum schol. Andr. III 5, 12 'furciferi dicebantur qui ob leve delictum cogebantur a dominis ignominiae magis quam supplicii causa circa vicinos furcam in collo ferre subligatis circa eam manibus et praedicare peccatum suum simulque monere ceteros, ne quid simile admittant' collatum cum eis quae apud Isidorum X 108 leguntur: 'furcifer dicebatur olim, qui ob leve delictum cogebatur a dominis [2]) ignominiae magis quam supplicii causa furcam circa viam ferre praedicans peccatum suum et monere ceteros, ne quid simile peccarent.' adde quod etymologiae aliquot ab Isidoro isdem Terentii versibus prolatis commemorantur, ad quos in scholiis eaedem originationes proponuntur, veluti nares a naritate dictae Isid. XI 1, 47 Ad. III 3, 43; oblectare a lactando Isid. X 199 et Andr. IIII 1, 24, cf. V 4, 9. quodsi Isidorus X 244 dixit: 'sedulus, familiare verbum Terentii, hoc est sine dolo', sine dubio hanc originationem respexit sexies in scholiis repetitam (cf. Eun. I 2, 58; Ad. I 1, 25; II 2, 43;

---

[1]) H. Dressel in libro de Isidori originum fontibus nihil de Donato exposuit.

[2]) sic vulgo legitur.

III 3, 59; Hec. I 1, 6; Phorm. II 3, 81). quare etymologias quoque, quae tantum apud Isidorum et in scholiis leguntur,[1]) illum ex his sumpsisse manifestum est, veluti: facetus qui facit verbis quod vult Eun. III 1, 37 Isid. X 95, licia quasi ligia Andr. V 4, 8 Isid. XVIIII 29, 7, macellum a mactando Eun. II 2, 26 Isid. XV 2, 44, provincia a procul et vincendo Phorm. I 2, 22 Isid. XIIII 5, 19. denique scholia in codice Bembino ceterisque libris maximam partem ex scholiorum Donatianorum corpore fluxisse aut eo quod diserte in illis ad Donatum revocamur[2]) aut eo qui inter utraque intercedit concentu confirmatur.[3])

Ex his igitur quae modo disputavimus efficitur Donatum in adnotationibus componendis veterum interpretum commentarios in rem suam convertisse ita, ut quae ex eis excerpsisset plerumque fontibus quibus usus est non significatis proferret. hic illic sane adnotationibus suis nomina eorum ad quos redeunt adiecit aut eiusmodi verbis qualia sunt 'alii' 'quidam' vel similia adpositis indicavit se haec ex aliorum libris deprompsisse, praesertim cum id ageret, ut eorum sententias impugnaret. ac primitus neque tractatus de comoedia et tragoedia cum scholiorum corpore coniunctus erat ab Euanthio conscriptus[4]) neque scholia rhetorica in eo inerant postea demum ex Eugraphii commentariis illata. iam tempore procedente scholia illa vario modo retractata sunt partim aliis aucta partim decurtata. quare scholiis confusis atque ordine eorum turbato is qui codicem Parisia-

---

[1]) etymologiae, quae ab aliis quoque proferuntur, et Isidoro et scholiis communes ad haec verba pertinent: cella, fatuus, fructus, futilis, limen, mancipium, meridies, procus, pugna, secta alia.

[2]) quod in codice Bembino uno tantum loco (ad Eun. II 3, 45) fit eoque a manu altera scripto; scholiorum recentiorum locos enumerat F. Schlee p. 67 sqq.

[3]) cf. Umpfenbach Hermae vol. II 340 sq., Studemund Ann. phil. LXXXXVII 562, Schlee p. 44 sq. cum in codice Bembino scholia ad Heautontimorumenon inde ab initio usque ad III 2, 39 adscripta sint, forsitan coniciat quis olim commentarios Donati ad hanc fabulam extitisse et ex eo scholia in Bembino profecta esse. sed haec maximam partem ex Donati ad ceteras fabulas adnotationibus compilatas esse demonstrant Umpfenbach et Studemund; cf. Gerstenberg p. 109 sq. praeter locos ab eis adlatos videas quaeso schol. Heaut. III 2, 20 ex schol. Andr. I 1, 79 confictum, qui versus in Bembino adfertur, schol. Heaut. I 1, 72 et Ad. IIII 5, 38, schol. Heaut. I 2, 35 et Eun. IIII 7, 10, quibus locis idem Vergilii versus adiecti sunt, schol. Heaut. II 3, 21 et Ad. II 2, 43. quae praeterea in Bembino leguntur scholia ea nullius omnino pretii sunt. quodsi Gerstenberg p. 111 sq. propter verba Graeca in scholiis ad Heaut. II 3, 44. 53; 4, 4; III 1, 32, quibus fabula Graeca cum Latina comparatur, neque auctore neque fabula indicatis adlata concludit olim Donati commentarios ad hanc fabulam extitisse, id nequaquam concedendum est, cum versus Menandri eis contineri nullo pacto comprobari possit.

[4]) Rufinum Euanthii commentum nondum cum scholiorum Donatianorum corpore coniunctum ante oculos habuisse ex eis quae G. L. VI 554, 4 sqq. leguntur compertum habemus. neque vero num Probi, Aspri reliquorumque veterum interpretum commentarios noverit exploratum est neque omnino quo tempore ille vixerit constat nisi quod inferiorem aetate eum fuisse Donato et Euanthio, quos nominat, manifestum est.

cum lat. 7920 saeculo fere XI conscripsit ea digerere et disponere cons est fabularum ordinem, qui in libris Terentianis D et G conspici secutus, sed magnitudine ut videtur laboris deterritus opus suum in Ac phorum versu I 1, 40 interrupit (cf. Dziatzko Mus. Rhen. XXVIIII 44 neque multo plura perfecit is qui codicem Vaticanum librum Reginae l 1595 saeculo fere XIII exaravit. selectas enim tantum partes scholioru conscripsit, ad Andriam inde a II 1, 23 usque ad versum ultimum, a Eunuchum inde ab initio usque ad versum III 2, 1, ad Hecyram inde versu III 4, 16 usque ad versum V 2, 8.[1]) denique saeculo XV, id quo ceteris scholiorum codicibus edocemur,[2]) extitit quidam qui integri commen tarii componendi curam susciperet adnotationibus, quibus vel versuum sententiae explicantur vel variae lectiones adferuntur ex codicibus con gestae, adiectis, neque tamen ipse opus susceptum perficeret atque ab solveret. quae res in primis adnotationum ad scaenam tertiam actus alterius Phormionis condicione comprobatur.[3]) ad hanc enim scaenam in his codicibus: Vaticano reginae lat. 1496, Riccardiano 669, Laurentiano LIII 9, Canoniciano lat. 95, Lincolnensi 45 binae scholiorum series separatae leguntur, quas confusas exhibent Laurentianus LIII 31, Vaticanus Palatinus lat. 1630, Vaticanus lat. 1513, Malatestianus XXII 11. V aliique. qua re et lacuna quae in nonnullis codicibus in Hecyra III 5, 8 invenitur respecta Sabbadini quattuor codicum classes distinxit. iam si duplicem illam ad Phormionis scaenam scholiorum seriem inspexerimus, inveniemus multa in priore scholia extare quae in altera non leguntur, talia dico quae ad actionem scaenicam pertinent: 3 (1), 3 (3), 3 (4), 4 (1), 7, 11, 21, 73, 88 (2) et lexicographica 3 (1), 12 (1), 14, 17, 54; 33, 66; 24 (2), 35, 81.[4]) contra in altera serie habes scholia quae in priore non reperiuntur, rhetorica: 15 (4), 18 (2), 24 (2), 49, atque ea quibus auctores nominantur: 11 (2), 25 (2), 79. reliquis scholiis plerumque quae sint sententiae singulorum versuum enarratur. in utraque autem serie leguntur scholia quibus poetae ars in rebus et verbis eligendis laudatur, ser. A 1 (2), 32 (2), 67, 92, 93, B 5 (2), 16 (3), 27, 79, vel quibus orationis figurae illustrantur, ser. A 4 (3), 25 (1), 43, B 9 (2), 19, 26 (2), 43, 61, 93, denique scholia diversi argumenti, quae, cum particula 'et' cum antecedentibus coniungantur, pro additamentis habenda sunt, ser. A: 3 (1, bis). 16. 26. 32. 73. 93. ter 'an' positum est 21 (4); locos Terentii additos habes ser. A 68 (1), B 10 (3), Vergilii ser. A 32, B 15 (1), 18, Ciceronis ser. AB 12. qua scholiorum compositione ea quae supra dixi-

[1]) cf. Sabbadini II 43.

[2]) quae res eo quoque probabilis est quod eo tempore Ioannes Calphurnius lacunam illam commentario ad Heautontimorumenon confecto explere studuit.

[3]) cf. Sabbadini II 43 sqq. et 109 sqq.

[4]) scholium de peregrinis mulieribus in meretricum numero habitis 68 (1) par est scholiis ad Andriam III 1, 11, Eun. I 2, 27.

mus confirmantur. praeterea eo quod Phorm. I 2, 48—56 in codicibus omnium classium mira scholiorum confusio est, comprobatur ea in certum ordinem redigenda esse. etenim ad versum 48 et 52 quaterna adscripta sunt, ad v. 49 duo, ad v. 50 tria, ad v. 51 et 54 bina.

Inde a scaena quarta actus alterius commentarius in Phormionem, si ea quae ad scaenam nonam actus quinti adnotata sunt exceperis, ieiunior est. continentur quidem eo multa scholia rhetorica (II 4, 1. 11. 12. 13. 15. 16. 19; III 2, 1; 9, 12; IIII 3, 49. 75; V 9, 1. 25. 27. 28. 29. 37. 46)[1]); auctores adferuntur (III 2, 1; 2, 41; 3, 19; IIII 3, 38; V 3, 28; 9, 16); Apollodorus commemoratur (III 1, 18; 3, 30; IIII 1, 9. 21; 3, 42. 63); adnotationes grammaticae, lexicographicae, scaenicae, aestheticae quas nunc vocamus proponuntur (III 1, 5; IIII 3, 6 (1); V 1, 31; 8, 22 et 54 — IIII 3, 5 et 6 (2). 18. 76; V 1, 16 et 29; 2, 5; 4, 2; 8, 11; 9, 39 — III 1, 13; IIII 3, 33; V 2, 15; 6, 1; 8, 82 et 91 — III 3, 4 et 19; V 1, 19 — V 1, 24; 6, 20; 8, 42. 44. 57. 77. 88 — II 4, 9; III 1, 20; 3, 1 et 14; IIII 2, 2 et 15; 3, 62 et 74; 5, 4; V 1, 8. 12. 17. 23; 6, 4; 9, 18. 21. 29. 36. 59. 63. 65. 66). desunt autem quae alibi initio scaenarum singularum posita sunt argumenta, quibus de colore earum agitur, et sententiarum versuum singulorum explicationes aut quam brevissime exponuntur (cf. II 4, 1; III 2, 1; IIII 1, 1; V 5, 1; 9, 1). haec igitur eum qui scholia redegit omisisse statuendum est. atque alibi passim adnotationes quae in corpore Donatiano extabant ab eo omissas esse recte mihi statuisse videntur Usener Mus. Rhen. XXIII p. 496, Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 328 sq., Umpfenbach Hermae vol. II p. 338, denique Gerstenberg p. 55 sq. et 111 sq. cuius rei haec argumenta proferri possunt. primum verbis 'ut diximus' Andr. I 1, 101[2]) et 'ut supra adnotavimus' Hec. IIII 4, 45 ad alias adnotationes relegamur, quae nunc in commentariis non inveniuntur. deinde ad Eun. IIII 4, 49 haec adnotantur: 'hoc rursus clare'; expectes igitur ad versum antecedentem, quem voce demissa pronuntiandum esse ex eius sententia colligitur, aliquid quo eiusmodi pronuntiatio praescripta sit adnotari. sed nihil extat, in Eugraphii scholiis autem ad eum versum legitur: 'haec autem secum loquitur'. tum Angelus Mai Auct. class. VII 564 hanc glossam protulit: 'impendio nota esse adverbium, ut Donatus dicit', neque tamen in scholiis ad Eun. III 5, 39 quicquam eiusmodi reperitur. denique in codicis Bembini scholiis adnotationes reperiuntur, quae in Donati commentariis non extant, sed ab interpretibus antiquis profectae esse videntur. veluti scholiis Bembini recentioribus ad Eun. prol. 39; I 1, 16 Ad. IIII 5, 59 de Menandri nonnullis fabulis agitur erudite, ubi in Donato nullum huius doctrinae extat vesti-

---

[1]) orationis figurae enarrantur III 2, 7. 12. 17. 21. 24. 37; 3, 2. 30; IIII 3, 13. 54. 55; IIII 4, 10. 16; V 2, 3. 16; 4, 6; 5, 8; 8, 6.

[2]) nisi forte hoc loco 'κατ' ἀντίφρασιν, ut dicimus' scribendum est.

gium, et in scholio recentiore eiusdem codicis ad Eun. II 1, 22 quaedam leguntur quae non habet Donatus eaque satis memorabilia. pertinet tamen haec quaestio magis ad historiam scholiorum Terentii omnium quam proprie ad illam de Donato quam hic tractavimus quaestionem. maioris esset momenti, si constaret Eugraphium ad Eun. II 3, 23 pleniore usum esse Donato. quam quaestionem collatis eis quae G. L. IIII 23, 26 sqq. leguntur incohavit Leo Mus. Rhen. XXXVIII 329 neque vero ipse hac potuit comparatione neque nos adhuc potuimus aliis rationibus solvere aut apte expedire.

QUAESTIONUM APULEIANARUM

CAPITA TRIA.

SCRIPSIT

FRIDERICUS GATSCHA.

Caput I.

De Apuleio studioso poetarum Latinorum lectore.

De Apulei elocutione varie iudicaverunt viri docti necdum nunc quoque omnes consentiunt in genere sermonis eius definiendo. nam cum antiquiores fere putavissent proprietatem sermonis eius in scriptorum priscorum atque in primis Plauti imitatione sitam esse, recentiores alii novo vocabulo invento Africitatem quandam subesse, alii sermonis vulgaris et cotidiani usum agnoscendum esse existimaverunt. de quibus rebus cum nuper egregie G. Kroll[1]) disputaverit, plura verba mihi facienda non sunt. sed unam rem adhuc prorsus neglectam esse puto: nemo enim, quod ego scio, inquisivit, quatenus sermo Apulei penderet a poetis aetatis Augusteae atque in primis a Vergilio et Ovidio. etenim scriptores inde a Tacito fere omnes multa ex his hausisse sermonisque ornamenta petiisse constat.[2]) atque iam pridem Oudendorpius pronuntiaverat[3]) Apuleium nihil scripsisse sine exemplo; nemo autem eorum, qui de Apulei sermone scripserunt, operam dedit, ut haec exempla investigaret et sub uno conspectu componeret, sed tantum collectiones singulorum vocabulorum instituerunt, quae Apuleium e Plauto aliove poeta desumpsisse arbitrati sunt. sed Apuleium poetam aliquem bene novisse et imitatum esse non probatur nisi totis locutionibus locisque similibus comparatis et in unum corpus redactis. ac fortasse deterruit quosdam ab imitationibus poetarum in Apulei libris inquirendis Kretschmanni iudicium, qui opusculi, quod de Apulei elocutione scripsit, p. 17 haec dixit: 'singulas locutiones poeticas ad certum cuiusdam poetae locum referre non operae est pretium. sunt enim ex scriptoris linguaeque indole profectae, non ex poetarum lectione conformatae, idque inde etiam patefit, quod profecto non potuit imitari Claudianum Rapt. Pros. II 25 *ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret*, cum scriberet Met. V 335 *iuvenem . . . barbitio genas inumbrantem*'. sed haec ille satis inepte. nam primum omnium locus ab eo indicatus non est Rapt. Pros. II 25, sed Paneg.

---

1) Mus. Rhen. LII 569 sqq.

2) cf. quae Sittel exposuit Burs. Ann. LXVIII 236.

3) ad Met. IIII p. 246.

Prob. et Olybr. 69. tum similitudo, quam inter hunc et Apulei locum intercedere putavit, non ita magna est, quippe quae unico inumbrandi vocabulo conficiatur; haec autem vox a poetis saepius cum barba capillisve iungitur. conferas Claudiani ipsius c. XVIII v. 343 (p. 86 Birt, 62 Koch), carm. min. XXV v. 42 (p. 303 B., 228 K.), praeterea Pacuvii trag. v. 362 R.[2], Ovid. Met. XIII 843. Apuleius quoque ipse alio loco hac voce simili modo usus est: Flor. 15, p. 17, 8 K. 'coma . . . cervicem . . . obumbrat'. haec locutio aut poetis Graecis debetur (cf. Eur. Phoen. 63, Iph. Taur. 1152) aut ab arboribus desumpta est, quarum ramuli musco tecti sunt, qui dicitur barba; cf. Plin. N. H. XVII 202 'tonsili in his (ramis) tenuium quoque virgultorum barba, ne inumbrent'. denique artis logicae patronam iratam habeat necesse est, qui ex unico illo exemplo, etiamsi aptum esset, concludere velit Apuleium omnino certos poetarum locos imitatum non esse. sed haec res cum luce clarior sit, diutius me non morabitur.

Iam vero frequentes in Apulei libris inesse poetarum imitationes quilibet discere potuit ex egregio commentario Pricaei, qui nunc plerumque immerito robigine pulvereque tectus in angulo oblitus iacet. nam ut lepidulo exemplo utar, Goetzius, vir doctissimus, in Act. soc. Lips. VI 325 novi aliquid se proferre ratus locos Apulei duos ad Plautinos rettulit, quos iam ante hos ducentos annos comparaverat Pricaeus. commentarium autem illum neglectum esse non mirum videtur, quia loci omnes fere more illius aetatis neque libri neque paginae versusve numero indicati sunt ita, ut interdum difficillime reperiri possint. cum igitur consilium cepissem de studiis ab Apuleio in poetarum Latinorum lectione positis scribendi, maximo mihi usui fuit commentarius ille, cui numerus haud exiguus locorum, quos iam infra proponam, debetur.

Antequam autem ad eam quaestionem tractandam me converto, quos poetas Apuleius secutus sit, non inutile esse puto proferre, quos ipse nominatim quorumque locos versusve commemoraverit. hanc rem tabula confecta expedivi, in qua eos locos, quos Apuleius auctoris nomine omisso adtulit, stellula adiecta significavi, cruce vero eos, quibus verba poetarum aut non accurate proponuntur aut tantum innuuntur vel circumscribuntur.

Accius tr. 520 sq. adfertur d. Socr. 24, p. 26, 15 G. †* 581 sq. Flor. 10, p. 13, 16 K. Afranius com. 221 Apol. 12, p. 19, 9 K. Caecilius com. † 248 ib. 5, p. 9, 2. Catullus 12, 5 sq. ib. 11, p. 17, 13. † 39, 19 ib. 6, p. 10, 11. Enn. trag. † 177 d. Socr. 2, p. 6, 20. * 302 de mund. 33, p. 131, 3. † 340 Apol. 13, p. 19, 14. † 380 d. Socr. 5, p. 10, 19. Ann. 426 sq. M. ib. 2, p. 7, 1. Sat. 51—61 M. Apol. 38, p. 48, 15. Hadrianus (F. P. R. p. 373, fr. 2 B.) Apol. 11, p. 18, 1. Incert. trag. * 217. Flor. 18, p. 28, 12. com. * 95 Apol. 85, p. 95, 3. Laevius (codd. Laelius) F. P. R. p. 292, 27 B. Apol. 30, p. 40, 11. Lucilius sat. VII fr. † I (codd. Lucullum) ib. 10, p. 15, 18. sat. XIIII 24 Flor. 21, p. 35, 1. fr. inc. † XXX d. Socr. prol. p. 1, 6. Lucretius V † 575 ib. 1, p. 6, 2. VI 96 sq. ib. 10 extr., p. 14, 11. Plautus Mil. gl. † 4 d. Socr. 11, p. 15, 11. Truc. prol. * 1—3 Flor. 18, p. 28, 14. 490 ib. 2, p. 2, 2. Terentius Eun. 454 d. Socr. 20, p. 22, 20. Vergilius Ecl. II † 1 Apol. 10, p. 16, 5.

III 27 Flor. 3, p. 3, 11. VIII * 56 ib. 17, p. 27, 9. VIII † 64—82 Apol. 30, p. 39, 18. Georg. I * 5 sq. d. Socr. 1, p. 5, 10. I * 154 Flor. 11, p. 14, 8. III * 80 sq. d. Socr. 23, p. 25, 16. IIII *† 146 de mund. 36, p. 133, 10. IIII *† 221 (ex coni.) ib. 38, p. 135, 10. Aen. I 440 d. Socr. 11, p. 15, 10. III * 516 ib. 2, p. 6, 16. IIII * 336 Flor. 16, p. 23, 14. IIII 513—16 Apol. 30, p. 39, 22. VIII † 709 sq. (ex coni. cf. Gell. II, 22, 23) de mund. 24, p. 116, 21. VIIII * 184 sq. (v. 185 ex coni.) d. Socr. 15, p. 17, 26. VIIII 300 ib. 5, p. 10, 6. X 773 ib. 5, p. 10, 14.

Poetis addam scriptores prosae orationis ab Apuleio commemoratos:

Cato p. 28, 8 Iord. (cf. Gell. II, 22, 28) adfertur de mund. 14, p. 117, 5. p. 38, fr. III 1 Apol. 17, p. 25, 24. p. 80, fr. †* 14 ib. 94, p. 105, 6. Favorinus (cf. Gell. II 22) de mund. 13, p. 115, 17. Varro Apol. 42, p. 53, 10, denique Apol. 47, p. 57, 20 locus ex legibus XII tabularum † VIII 7, p. 143 Sch.

Praeterea sola nomina adferuntur poetarum scriptorumque eaque omnia in Apologia:

Aedituus 9, p. 13, 3. Caesar 95, p. 106, 2. Calvus ib. 3. Cato ib. 1. Catullus 10, p. 15, 14. Catulus 9, p. 13, 4. Cicero 95, p. 106, 4. Hortensius 95, p. 106, 3. Pollio ('amicus Vergili') 10, p. 16, 3. Porcius 9, p. 13, 4. Propertius 10, p. 15, 16. Sallustius 95, p. 106, 4. Ticidas ib. 15. Tibullus ib. 17.

Duorum poetarum nomina Apuleius solus nobis tradidit: Voconi, quem imperatoris Hadriani amicum adpellat Apol. 11, p. 17, 16 et Clementis, de quo Flor. 7, p. 7, 14 haec dicit: 'eius igitur Alexandri multa sublimia facinora .... fatigaberis admirando ...., quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suavissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare'. atque huius Clementis esse versus 'Eois regnator aquis e. q. s.', quibus de Indiae flumine agitur Flor. 6, p. 6, 1, suspicatur F. Marx.

Sed iam oritur quaestio, num Apuleius poetas scriptoresque, quos supra in tabula enumeravimus, ipse legerit an locos, quorum mentionem iniecit, ex libris recentioribus petitos adtulerit. atque si consideraverimus eum in libri qui de mundo inscribitur c. 14 locum Catonis adtulisse, quem sine dubio ex Gell. II, 22, 28 exscripsit (totum enim caput ex eo scriptore haustum est), in suspicionem incidemus Madaurensem nonnumquam adfectata ementitaque doctrina gloriatum esse.[1]) at sunt qui caput illud et praecedens genuina esse negent, sed ab interpolatore quodam profecta esse statuant. accedit quod Apuleio soli debemus fragmenta poetarum vel scriptorum compluria, veluti praestantissimum illud Enni Heduphageticorum, praeterea Laevi versus sex et Varronis narrationem, quae fortasse e libro Antiquitatum rer. divin. tertio petita est; in eo enim de divinatione agebatur (cf. lib. III fr. 3 in Merkeli collectione). denique observes Apuleium nonnullos poetarum locos ita immutavisse, ut haud absonum sit credere eum locos eos memoria, sed, ut fieri solet, parum accurata tenuisse. sic locum Catulli 39, 19, qui in libris hoc modo scriptus est: 'dentem atque russam defricare gingivam' sic

[1]) cf. quae de Clemente Alexandrino exposuit U. de Wilamowitz Eur. Herc. I 171 (ed. I).

exhibuit (Apol. 6, p. 10, 12): ‘dentem atque russam pumicare gingivam’. Lucreti verba (V 575): ‘lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans sive suam proprio iactat de corpore lucem’ sic deformavit (d. Socr. 1, p. 6, 2): ‘notham iactat de corpore lucem’. conferas quoque Plaut. Mil. glor. 4 et d. Socr. 11, p. 15, 12. unde colligi posse puto Apuleium eos scriptores poetasque, quorum locos adtulit, ipsum omnes legisse. sed eum plures etiam, de quibus mentionem fecit nullam, novisse hominemque multae et variae lectionis fuisse iam comprobabo ita, ut primum de Vergilio et Ovidio exponam (hos enim Apuleium maxime respexisse mihi persuasi), deinde de Plauto Terentio ceterisque poetis antiquioribus agam, denique observationes quasdam de prosae orationis scriptoribus addam, quos Apuleium pervolutavisse ex imitationibus quae in libris eius conspiciuntur intellegitur.

Vergilium non solum poetas omnium antiquitatis temporum studiose secutos atque imitatos esse, sed etiam haud paucos scriptores flosculos e carminibus eius petitos in usum suum convertisse constat. neque ea res mira videtur. nam ab Homero et Vergilio lectio in scholis incipiebat versusque eius a pueris memoriae mandati variis exercitationibus tractabantur, ita ut facile adsentiaris Augustino (de civ. dei I 3) dicenti poetam magnum omniumque praeclarissimum atque optimum teneris ebibitum animis haud facile oblivione aboleri potuisse. atque Apuleium quoque, quamquam firmata iam aetate sermonem Latinum didicerat, Vergili lectorem studiosissimum fuisse probatur primum locis multis ab eo adlatis (cf. p. 142 sq.), tum vel maxime imitationibus sat copiosis, quae in libris eius inveniuntur. quae res viris doctis nondum satis cognita esse videtur; indicem certe imitationum Vergilianarum, quem Woldemarus Ribbeck confecit non amplius tres locos Apulei continere sane miratus sum; sunt enim hi:

Met. I 19 lenis fluvius in speciem paludis ignavus ibat.	Aen. VIII 88 mitis ut in morem stagni placidaeque paludis sterneret aequor aquis.
Met. V 7 quam lugetis adsum.	Aen. I 595 coram, quem quaeritis, adsum.
Met. X 2 heu medicorum ignarae mentes! quid venae pulsus, quid caloris intemperantia …	Aen. IIII 65 heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem, quid delubra iuvant.

Quam ob rem iam ad imitationes illas enumerandas adgrediar. atque in locis conferendis operam dabo, ut etiam alios locos, qui Vergilianis similes sunt, adponam, quamquam ea ratione uniuscuiusque loci vim probandi ac persuadendi imminui bene scio; sed viri doctissimi C. Weymanni exemplum mihi sequendum esse putavi, qui de hac re egregie disseruit Act. Acad. Monac. a. 1893 v. II, p. 322. num igitur re vera omnibus locis, quos modo adferam, Apuleio Vergilius obversatus sit, penes lectores eruditos iudicium erit.

Met. I 2 ardua montium.	Aen. VIII 221 ardua montis; cf. V 695, Ovid. Met. VIII 692 Claudian. V (in Ruf. I. II) 291 Tacit. Hist. IIII 70 (a. Alpium) Min. Fel. 17, 10 (Halm), Vict. Vitens. I 3 (Petsch.).

Met. I 13 capulo tenus gladium demergit.	Aen. II 553 et lateri capulo tenus abdidit ensem.
Met. I 18 iubaris exortu.	Aen. IIII 130 iubare exorto (cf. Pacuv. v. 347 R.)
ibid. poculis et vino sepultus.	Aen. II 265 urbem somno vinoque sepultam (cf. Aen. III 630, Enn. Ann. 318 M., Petron. Sat. 89, 56, Epit. Iliad. 732, Ambr. de Elia 9, 29).
Met. I 26 extr. somno, non cibo gravatus.	Aen. VI 520 somnoque gravatum (cf. Ovid. Met. V 658).
Met. II 2 frequenti stipatam famulitione (cf. IIII 26 officio frequenti .... stipatus).	Georg. IIII 216 stipantque frequentes.
Met. II 7 aspectu defixus obstupui.	Aen. I 613 obstipuit primo aspectu.
Met. II 9 pectinis arguti dente.	Aen. VII 14 et Georg. I 294 arguto pectine.
Met. II 12 arcana fatorum.	Aen. I 262 fatorum arcana (cf. VI 72, VII 123).
Met. II 16 capillo fluente.	Aen. IIII 147 fluentem ... crinem (cf. Tibull. III 4, 27, Val. Flacc. III 525, Claud. VIII [pan. IIII. cons. Hon.] 200).
Met. II 26 raptis cuiusque modi telis (cf. VIIII 2 arreptis c. m. t.).	Aen. VII 520 raptis ... undique telis.
Met. II 31 titubante vestigio (cf. I 18 gradu titubo).	Aen. V 331 vestigia ... titubata (Colum. X 309 titubante gradu, Claud. Rapt. Pros. III 153).
Met. II 32 gladium, quem ... ad hos usus extuleram, ... adripio (cf. V 29 extr.: quam tibi non ad hos usus dederam).	Aen. IIII 646 ensemque recludit ... non hos quaesitum munus in usus (cf. Ovid. Met. V 111).
Met. III 2 studio visendi.	Aen. II 63 visendi studio (cf. Anth. Lat. 11, 104 R., Plin. Ep. VI 33, 4).
Met. III 3 neque parva res est (incipit accusator publicus).	Ecl. III 54 sensibus haec imis, res est non parva, reponas.
Met. III 28 coruscat ignis et mucro (IIII 26 mucronibus coruscans).	Aen. X 651 coruscat mucronem (II 333 mucrone corusco V 641 ignem ... coruscat, Claud. XIX [in Eutrop. II] 446).
Met. IIII 2 cursu concito (II 6 saltu c., IIII 18, 21, 22, V 31, VIIII 40 c. gradu).	Aen. XII 902 cursu concitus heros (Ovid. Fast. IIII 461 concita cursu fertur, Amm. Marc. XXIIII 6, 12 concito gradu, XVI 22, 55, XXVIIII 5, 11; 6, 13, XXXI 5, 9 c. cursu).
Met. IIII 4 studio festinatae fugae.	Aen. IIII 575 festinare fugam.
Met. IIII 6 extr. speculatores ... sorte ducti noctibus excubabant.	Aen. VIIII 174 legio sortita ... excubat (cf. Ambr. Hex. V 15, 52).
Met. IIII 12 rivos sanguinis vomens.	Aen. XI 668 sanguinis ille vomens rivos.
Met. IIII 24 assiduis singultibus ilia quatiens.	Aen. VIIII 415 longis singultibus ilia pulsat (cf. Sedul. pasch. op. III 9 Tac. Hist. III 10, Petron. 91, p. 62, 18 B^3, Amm. Marc. XXX 6, 6).
Met. IIII 25 pectus ... palmis infestis tundere ... incepit.	Aen. I 481 tunsae pectora palmis (cf. Ovid. Am. III, 9, 10, Art. I 535, Serv. Centim. [IIII p. 460, 22 K]).

Met. V 1 in ipso toro roscidi graminis suave recubans.	Aen. V 388 toro consederat herbae (cf. Ovid. Met. I 633, X 556, Fast. I 402, Heroid. V 14, Tibull. II 5, 100, Iuven. VI 5, Prisc. perieg. 921 [P. L. M. V p. 306 Baehr.]).
Met. V 4 vespera suadente concedit Psyche cubitum.	Aen. II 9 et IIII 81 suadentque cadentia sidera somnos (cf. Ovid. Fast. II 635, Auson. perioch. Odyss. 7, p. 395 P.: suadente vespera concedit quieti).
Met. V, 7 saxa cautesque parilem sonum resultarent.	Aen. V 150 pulsati colles clamore resultant (cf. Aen. VIII 305, Georg. IIII 50).
ibid.: tectum ... nostrum succedite ... sic allocuta ...	Aen. I 627 tectis succedite nostris .... (631) sic memorat.
Met. V 13 amplexibus mollibus.	Aen. VIII 388 amplexu molli (cf. Anth. Lat. 11, 90 R).
Met. V 14 venti ferentis (cf. XI 26 ventorum ferentium).	Aen. III 473 vento .... ferenti (cf. IIII 430, Ovid. Am. III 11, 51, Trist. I 2, 73, Plin. paneg. 31).
Met. V 17 lacrimis ... coactis.	Aen. II 196 lacrimisque coactis (cf. Ovid. Am. I 8, 83, Anth. Lat. 17, 333 R).
Met. V 20 altum soporem flare.	Aen. VIIII 326 toto proflabat pectore somnum (cf. Theocr. XXIIII 47 ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας, Maximin. el. IIII 41 [P. L. M. V p. 339 B.], Paulin. Petric. vit. Mart. V 330).
Met. V 22 cervices lacteas.	Aen. X 137 cervix ... lactea (cf. Sil. Ital. IIII 154, Anth. Lat. 10, 21 R.).[1]
Met. V 25 per proximi fluminis marginem praecipitem sese dedit, sed mitis fluvius ... eam innoxio volumine ... exposuit.	Aen. VIIII 815 sq. tum demum praeceps saltu sese .... in fluvium dedit: ille .... venientem .... mollibus extulit undis.
Met. VI 1 mariti vestigationibus.	Aen. XII 482 vestigatque virum.
Met. VI 10 silens obstupescit.	Aen. XI 120 obstipuere silentes (cf. Anth. Lat. 8, 85 R.).
ibid.: terrae omniparentis alumnae.	Aen. VI 595 terrae omniparentis alumnum (cf. Anth. Lat. 12, 2 R.).
Met. VI 13 rauca Cocyti fluenta.	Aen. VI 327 rauca fluenta (de Cocyto).
Met. VI 14 studiose gradum celerans.	Aen. IIII 641 gradum studio celerabat (cf. Sil. Ital. I 574, Ambros. de Abrah. I 8, 70, Claudian. carm. min. XVII 6).
Met. VI 18 inibi spiraculum Ditis .... monstratur (cf. de mund. 17, p. 119, 16 G. sive illa, ut poetae volunt, Ditis spiracula dicenda sunt).	Aen. VII 568 hic .... saevi spiracula Ditis monstrantur.
Met. VI 18 Charon .... sutili cumba deducit commeantes.[2]	Aen. VI 413 cumba sutilis (Charontis).

[1] 'lactea cutis' Met. III 14, Sidon. Apoll. Ep. I 2, 3 M., cf. Ovid. Met. XIII 796, Mart. VIII 64, 8.

[2] operae pretium est conferre totum locum Apulei VI 18, 19 cum versibus Vergilianis Aen. VI 400—418.

Met. VI 22 amore nimio peresus.	Aen. VI 442 quos durus amor . . . peredit.
Met. VII 1 indignanti similis (VIII 25 sim. ind.).	Aen. VIII 649 indignanti similem.
Met. VII 12 et VIIII 21 derigit gressum (cf. VI 1 d. gradum, X 34 d. cursum).	Aen. V 162 et XI 855 huc derige gressum, Aen. VI 194 cursum d.
Met. VII 16 ego tandem liber asinus.	Aen. XI 493 tandem liber equus.
Met. VIII 6 Fama dilabitur et cursus . . . ad domum Tlepolemi detorquet (cf. XI 18 Fama volucris . . . . protinus in patria . . . . narraverat).	Aen. VIIII 474 fama . . . allabitur (cf. Ovid. ex Pont. IIII 4, 16), Aen. IIII 196 protinus ad regem cursus detorquet (de Fama). 'fama volucris' Ovid. Epist. XVI 207 et Petron. p. 90, 210 B[3].)
Met. VIII 19 an nulli scitis, quo loco consederitis?	Aen. IIII 39 nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
Met. VIII 27 ancipiti ferro.	Aen. VII 525 ferro ancipiti.
Met. VIIII variisque fortunis exercitatum (cf. VI 12 aerumnis exercita).	Aen. III 182 Iliacis exercite fatis.
Met. X 5 magnis aerumnarum procellis aestuat (cf. d. Socr. 12, p. 15, 18 ad omnes cogitationum aestus fluctuare).	Aen. VIII 19 magno curarum fluctuat aestu (cf. IIII 532, 564, Catull. 64, 62, Prudent. Cathem. VI 16, Cypr. de laps. 4, p. 239, 13 H).
Met. X 29 florentes aetatula (cf. X 31 flos aetatulae).	Ecl. VII 4 florentes aetatibus.
Met. X 30 capellae . . . tondebant herbulas (cf. V 25: comam fluvii tondentes capellae).	Ecl. X 7 tenera attondent . . . virgulta capellae.
Met. XI 2 primis rerum exordiis.	Aen. IIII 284 prima exordia (cf. Lucr. III 380).
Met. XI 15 quid latrones, quid ferae, quid servitium . . . profuit? in tutelam iam receptus es.	Aen. VII 302 sq.: quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis profuit? optato conduntur Thybridis alveo.
Apol. 8, p. 11, 19 denticulo atrum venenum inspirare (cf. Met. VIIII 2 venenatis morsibus).	Georg. IIII 236 laesaeque venenum morsibus inspirant (cf. Hor. Ep. I 14, 38 morsuque venenat).
Apol. 18, p. 26, 10 parvo potens.	Aen. VI 843 parvoque potentem.
Apol. 53, p. 62, 21 insania crudae senectutis (cf. Flor. 7, p. 8, 4 forma viridis iuventae).	Aen. VI 304 sed cruda . . . viridisque senectus (cf. Tac. Agr. 29 senectus cruda ac viridis, Boet. cons. I 1, v. 7).
Apol. 56, p. 66, 20 agnomenta ei duo indita . . . . . alterum ob deorum contemptum Mezentius.	Aen. VII 647 contemptor divom Mezentius.
de deo Socr. 23, p. 25, 9 ex auro et argento . . . monilia . . . dependent.	Aen. VII 278 aurea pectoribus demissa monilia pendent.
de dogm. Plat. I 1, p. 64, 3 olorem illum pennis caelum petisse.	Aen. XI 272 petierunt aethera pinnis (cf. Anth. Lat. 13, 24 R., Mar. Vict. comm. in Genes. II 524 Sch.).
de dogm. Plat. I 11, p. 72, 25 ante alios superiorem.	Aen. I 347 ante alios immanior.
de mundo 9, p. 112, 27 aer actus in nubem.	Aen. V 20 in nubem cogitur aer (cf. Ambr. Hex. II 3, 11).

Ovidii in Apulei libris mentio non fit. sed eis locis, quos infra proponam, satis demonstrari puto poetam illum elegantissimum studiose lectum esse a scriptore elegantiam omnibus modis adfectante. ac primum haud scio an ipsam fabulae Graecanicae, quam vocavit, inscriptionem Ovidio debeat, quamquam primo adspectu non satis apta esse videatur, cum ille multas, Apuleius unam tantum transformationem descripserit. sed libri primi initio haec legimus: 'figuras fortunasque hominum in alias imagines conversas .... ut mireris exordior', e quibus verbis elucere puto Apuleium non solum formae humanae conversionem, sed etiam vitae condicionis mutationem *μεταμόρφωσιν* dixisse. fortunae autem vicissitudines non solum Lucius ille expertus est, sed etiam Socrates, Thelyphro, Psyche, Charite, Tlepolemo alii. quare non adsentior Ribbeckio, qui Apuleium praeter Lucii transformationem alias etiam narraturum fuisse existimavit (Gesch. d. röm. Dichtg. III 338). sed hanc rem cum satis difficilem tum a consilio meo alienam mitto et ad Ovidii imitationes enumerandas me converto.

Met. I 13 qui ... huius corpus parvo contumulet humo.	Met. VII 361 parva tumulatus harena (cf. ex Pont. I 6, 49).
Met. I 16 cruci me reservasse (cf. VII 24[1]) extremae poenae reservatus).	Epist. XIIII 119 poenae crucianda reservor (cf. Verg. Aen. V 625).
Met. I 17 manticam meam umero exuo.	Met. II 419 exuit hic umero pharetram.
Met. II 2 adhaerebat lateri (VIIII 22 adhaerens l.).	Am. III 11, 17: lateri ... adhaesi (Mart. VIIII 100, 3 haerere lateri; cf. Hist. Apoll. 31, p. 59, 8 R^2.).
Met. II 17 ad confinia lucis.	Met. VII 706 quod teneat lucis teneat confinia noctis (cf. Amm. Marc. XVIIII 6, 11, XXV 1, 11, XXVII 2, 8 c. lucis id. XXV 6, 4, Mart. Cap. 9, 897, p. 335, 2 E. c. noctis).
ibid. Veneris fructu me satiavit.	Rem. am. 103 Veneris decerpere fructus.
Met. II 27 voce ... assiduis singultibus impedita.	Trist. I 342 singultu medios impediente sonos (cf. Amm. Marc. XVII 12, 9 impediente singultu).
Met. III 14 oculos ... tremulos.	Art. II 721 oculos tremulo fulgore micantes.
Met. III 18 capillos ... dat vivis carbonibus adolendos.	Fast. III 803 viscera ... flammis adolenda dedisset.
Met. III 25 (De Lucio in asinum converso) quod solum poteram ... umidis oculis oblicum respiciens ad illam ... expostulabam (cf. VII 26 sed quod solum poteram tacitus ... gratulabar).	Met. I 731 (De Io in vaccam conversa) quos potuit solos tollens ad sidera vultus et ... lacrimis ... visa est finem orare malorum.
Met. IIII 20 vitae metas ultimas.	Trist. I 9, 1 vitae ... metam (cf. Verg. Aen. XII 546 [mortis m.] cum adn. Servii, Stat. Silv. V 3, 255, Anth. Lat. 11, 144 R.).
Met. IIII 31 hic (Triton) concha sonaci leniter bucinat.	Met. I 333 Tritona ... conchae sonanti inspirare iubet.

[1]) legas quaeso quae ad hunc locum adnotavit Van der Vliet.

Met. V 8 gemmosisque monilibus.	Met. X 113 gemmata monilia (cf. Claud. XXVI (Bell. Poll.) 627, carm. min. XXXXVII 9).
Met. V 27 'accipe me' dicens 'Cupido', ... saltu se maximo praecipitem dedit (Psyches soror).	Art. III 21 'accipe me, Capaneu' ... inquit Iphias in medios desiluitque rogos.
Met. VIIII 35 accurrit quidam servulus magnas ... clades adnuntians.	Met. XI 348 advolat ... custos Phoceus Anetor et 'Peleu, Peleu, magnae tibi nuntius adsum cladis' ait.
Met. VIIII 38 sanguine trium fratrum insatiabilem tuam crudelitatem pasce et de prostratis tuis civibus gloriose triumpha.	Met. VI 280 'pascere crudelis nostro, Latona, dolore, pascere' ait 'satiaque meo tua pectora luctu ... exsulta victrixque inimica triumpha' (cf. Claud. de rapt. Pros. III 327 sq.).
Met. XI 7 oraculi ... fine prolato numen ... in se recessit.	Met. II 301 dixerat haec Tellus ... suumque rettulit os in se (cf. Zeno Ver. I, 9, (9), Mign. terra ... se recipit in se).

Catullum quin noverit Apuleius dubitandum non est, cuius duos locos nomine poetae ipso adiecto commemoraverit. imitationes autem, quae videntur, satis paucas proferre possum. sunt enim hae:

Met. IIII 24 solaretur alloquio (cf. III 10 solatur affatibus).	38, 5 solatus es allocutione.
Met. IIII 7 extr. mensas ... largiter instructas (cf. VIIII 22 mensa l. i.).	64, 304 large ... constructae sunt mensae.
Met. IIII 34 iam sentio iam video.	67, 16 ut ... sentiat et videat.
Met. VIII 27 euantes exsiliunt incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium ... capite demisso ..... inter haec unus bacchatur effusius.	64, 254 sq. lymphata mente furebant, euhoe bacchantes euhoe caput inflectentes ... stridebat tibia.
Met. X 13 in. fatorum fluctibus.	68, 13 fortunae fluctibus.
Flor. 3, p. 3, 15 acuto tinnitu et gravi bombo (cf. Met. X 31 permiscens bombis gravibus tinnitus acutos).	64, 262 sq. tenuis tinnitus ..., raucisonos bombos.
de deo Socr. 2, p. 6, 14 qui signorum ortus et obitus comperit (cf. de dogm. Plat. I 10, p. 71, 24; I 14, p. 76, 13, de mund. 19, p. 120, 26).	66, 2 qui stellarum ortus comperit atque obitus (cf. Cic. de nat. deor. II 153, de divin. I 128, II 37, 92, de fat. 17, Verg. Georg. I 257, Ambr. ep. 44, 9).

Horatium prosae orationis scriptores pauci iique raro imitati sunt.[1]) neque num Apuleius poetam Venusinum studiose legerit mihi constat; admodum pauci enim loci sunt qui similes videntur iique parvi momenti, veluti:

Met. I 23 Lare parvulo.	Carm. III 29, 14 parvo sub Lare.
Met. II 13 maris et viae confeceris iter (cf. VII 6 itineris difficultatibus marisque	Carm. II 6, 7 sit modus ... maris et viarum, Ep. I 11, 6 odio maris atque viarum

[1]) cf. Sitteli verba (Burs. Ann. v. LXVIII, p. 236): 'An Horaz, der allerdings weniger fest im Studienplan haftete, sind die Anklänge spärlicher'.

terroribus, de deo Socr. 18, p. 21, 2 facultas itineris et tranquillitas maris).	(cf. Val. Flacc. IIII 350 vias pelagusque, Paulin. Pell. Euchar. 23 viae pelagique Claud. VIII (IIII. cons. Hon.) 435, Tac. Ann. II 14, 18; XII 20, 5; XIIII 58, 2).
Met. III 5 maribus animis.	Ep. II 3, 402 mares animos (cf. Eur. Or. 1205 *φρένας μὲν ἀρσενικάς*, Suid s. v. *ἔσκαζεν· ... ἀρρενικὰς ἔχουσι τὰς ψυχάς*).
Met. IIII 24 deposito capite ... flebat.	Serm. II 8, 58 posito capite ... flere.[1])
Apol. 23, p. 32, 1 tanti re vera estis quantum habetis.	Serm. I 1, 62 quia tanti quantum habeas sis (cf. Lucil. fr. inc. 23 Muell., Sen. Ep. 115, 14).
Apol. 56, p. 66, 19 agnomenta ei duo indita: Charon ... sed alterum, quod libentius audit ... Mezentius.	Serm. II 6 20 Matutine pater seu Iane libentius audis.
Apol. 57, p. 68, 5 vincit idem sagacitate odorandi canes.	Epod. 12, 4 sagacius ... odoror ... quam canis acer.

Apuleium Plauti praecipue imitatorem habitum esse a philologis vetustioribus iam supra dictum est. tamen eiusmodi imitationum conspectum in iis dissertationibus, quae de eius genere dicendi scriptae sunt, frustra quaeras. immo satis habuerunt Erdmann et Kretschmann singula vocabula colligere, quae e sermone Plautino desumpta esse putabant. qui quin laborem cassum atque inutilem consumpserint, nemo puto dubitabit. nam quae est tenuitas fontium sermonis prisci, vix discerni potest, quae verba a Plauto uno adhibita vel ab eo inducta sint. sane Apuleium, quae erant eius aetatis studia, si verborum singulorum usum spectes, saepissime in sermonis prisci imitationem incidisse manifestum est, sed eum ad Plauti potissimum exemplar properasse alia ratione demonstrari non potest quam locutionibus integris comparatis. quod munus cum susciperem, non eo consilio ductus sum, ut omnes vel certe plurimas eius generis imitationes detegerem, sed eo tantummodo, ut si quis in campo hoc latissimo uberem atque plenam messem facere vellet, manipulos paucos a me congestos in usum suum convertere posset. sed iam locos a me repertos proponam.

Met. I 15 qui hoc noctis iter incipis.	Amphitr. 154[2]) qui hoc noctis solus ambulem.
Met. I 23 extr. lintea tersui.	Curc. 578 linteumque extersui.
Met. I 24 piscatum ... praestinavi (VII 9 puellam praestinare).	Capt. 848 pisces praestinatum abire (Epid. 277 praestines [fidicinam]).
Met. I 24 apud Athenas Atticas (cf. Flor. 18, p. 29, 16).	Mil. gl. 100, Pseud. 416, Rud. 741, Epid. 502 Athenis Atticis, Truc. 497, Athenas Atticas (cf. Amm. Marc. XXVII 9, 6, Macrob.

[1]) hos locos comparavit A. Holder. ceterum conferas ea quae disputavit M. Hertz in Anal. Hor. III p. 6 sq.

[2]) versus secundum editionem, quam Ritschel, Goetz, Schoell, Löwe coniuncta opera paraverunt, commemoravi.

Met. I 26 cenatus solis fabulis.

Met. II 6 forma scitula (cf. III 15 scitulae formulae).

Met. II 7 et VIIII 41 certo certius (cf. X 28 certo certior).

Met. II 10 dulce et amarum gustulum carpis.

ibid. mea festivitas.

Met. II 16 porrigit bibam.

Met. II 23 perspicaciorem ... Argo et oculeum totum.

Met. III 2 vigilans somniabar.

Met. III 15 paveo ... et formido.

Met. III 21 ab imis unguibus ... adusque summos capillos.

Met. III 26, IIII 26, IIII 29 extr., VIII 19 quassanti capite [II 24 capite quassato].

Met. IIII 7 merum .... ventri tuo soles aviditer ingurgitare.

Met. IIII 31 unum et pro omnibus unicum.

Met. V 5 vestigium requirentes (VI 2 v. requirit).

Met. VI 8 savia suavia.

Met. VIII 17 satis agentes rerum suarum.

Met. VIII 21 solus praeter alios.

Met. VIII 23 cantherium ... vetulum extritis ... ungulis.

Met. X 22 ex unguiculis perpruriscens mulier.

Met. X 23 extr. parentumque praesidio viduatam (cf. de mund. 24, p. 124, 10).

Met. XI 28 quod ait vetus proverbium,[1]) inter sacrum et saxum positus cruciabar.

Apol. 15, p. 22, 3 impendio procuraret.

Apol. 42, p. 52, 16 desquamari et exdorsuari pisces.

V 1, 20 et VII 1, 17, Bursian Geogr. v. Griechenl. I, p. 271, adn. 4).

Poen. prol. 8 saturi fite fabulis.

Rud. 894 forma scitula.

Capt. 643 certo certius (cf. Min. Fel. 16, 2 incerto incertior, Otto Sprichw. p. 81).

Pseud. 63 dulce amarumque una nunc misces mihi.

Casin. 135, 577 mea festivitas.

Most. 373, Truc. 367 cedo bibam, Stich. 757 date bibat.

Aul. 555 Argus ... qui oculeus totus fuit.

Capt. 848 hic vigilans somniat (cf. Amph. 697, Lucr. III 1048, Otto Sprichwörter p. 121).

Cistell. 535, 688 paveo et ... formido.

Epid. 623 usque ab ungulo (v. l. unguiculis) ad capillum summum (cf. Otto Sprichwörter p. 355).

Asin. 403 cassanti c., Bacch. 305 capitibus c. [cf. Caecil. com. 271, Lucret. II 1164 (caput quassans), cf. IIII 587, Verg. Aen. VII 292 et XII 894 (caput quassans), Sil. Ital. I 298, Anth. Lat. 11, 154 R.].

Curc. 126 ingurgitat ... in se merum avariter.

Bacch. 207, Asin. 208, Truc. 194 unice unum — Bacch. 407 unice unicum (cf. Stich. 11, Catull. 73, 6, Gell. XVIII 4, 2).

Cist. 724 vestigium hic requiro.

Pseud. 948 savia suavia (cf. Bacch. 116, 120, Fronto Ep. 5, 33, p. 86 N.).

Bach. 637 agitas sat ... tuarum rerum.

Pseud. 801 solus praeter alios.

Asin. 339 asinos ... vetulos ... quibus subtritae erant ungulae.

Stich. 761 perpruriscamus usque ex unguiculis (cf. Otto Sprichw. p. 355).

Rud. 665 praesidii viduitas.

Capt. 617 nunc ego inter sacrum et saxum sto (cf. Otto Sprichw. p. 305).

Aul. 18 impendio curare.

Aul. 398 Dromo desquama piscis, tu Machaerio ... muraenam exdorsua.

---

[1]) Apuleius scripsit librum de proverbiis: Charis. Inst. II 16 (Gr. Lat. I 240, 28 K).

Apol. 59, p. 69, 19 quid sit diei vides: dico Crassum iamdudum ebrium stertere	Trin. 811 diei tempus non uides? ... iamdudum ebriust.
Apol. 84, p. 93, 10 amens, amans	Merc. 82 amens amansque (cf. Otto Sprichw. p. 18).
Apol. 89, p. 99, 2 tabulae ... quae iam tibi ob os obiciuntur.	Most. 619 obicere argentum ob os impurae beluae.
Flor. 14, p. 15, 23 maximum exclamat (cf. Met. VIII, 7 init.).	Most. 488 exclamat ... maximum.
Flor. 18, p. 29, 7 coniugatione quadam mellis et fellis.	Cist. 69 melle et felle (cf. Cas. 223, Poen. 394, Truc. 178, Arch. f. l. Lex. I 385, Otto Sprichw. p. 217 adn.).
Flor. 18, p. 30, 5 cuncta illa exorabula .... perdidicit.	Truc. 22 sq. ad perdiscendum, ... quot exoretur exorabulis.
de dogm. Plat. II 15, p. 92, 8 hunc talem Plato lucricupidinem atque accipitrem pecuniae nominavit.	Trin. 100 turpilucricupidus. Pers. 409 pecuniae accipiter.

Denique adnotandum est hos duos locos comparari solere: Met. I 20 'ego huic ... gratas gratias memini' (cf. VIIII 13) et Poen. 134 'deberi tibi ... multas gratas gratias'. sed E. Brix (ad Trin. v. 821) et nunc Fr. Leo scribunt 'gratis gratias'.

Terentii locus ab Apuleio semel nomine poetae adiecto adfertur simulque adparet eius comoedias Madaurensi non ignotas fuisse; nam nonnullos locos ex eis sumptos esse hac tabula comprobatur.

Met. II 2 quidnam in aurem mulieris obgannit.	Phorm. 1030 usque ad auremogganniat (cf. Afran. 283 R.).
Met. III 8 pannis horridis obsita.	Eun. 236 sentum squalidum pannis annisque obsitum (cf. Suet. Cal. 35, Sedul. carm. pasch. II 58, Lact. Phoen. 19, Alc. Avit. III 265 P.).
Met. III 10 laetitia delibuti, VII 13, X 17 in., XI 17 gaudio delibuti.	Phorm. 856 si te delibutum gaudio reddo.
Met. III 26 demussata ... contumelia.	Adelph. 207 mussitanda ... iniuria (cf. Amm. Marc. XXX 1, 15 iniuriis ... demussatis).
Met. IV 3, 11, 14; V 8; VIIII 6 e re nata.	Adelph. 295 e re nata (cf. Plaut. Truc. 962, Bacch. 218 rem n. video, Lucil. inc. 144 Muell., Cic. ad Att. VII 8, 2, XIIII 6, 1 pro re nata).
Met. V 4 sonus aures eius (Psyches) accedit.	Hec. 482 ad auris sermo mi accessit tuos (cf. Acc. 449 R., Plaut. Stich. 88, Stat. Theb. XII 362 virginis aures accessit sonus).
Met. VII 6 spretis atque contemptis.	Andr. 248 contemptus, spretus (cf. Cypr. de laps. c. 16 in., p. 248, 20 H.).
Apol. 65, p. 75, 10 non tam ignoscendi quam cognoscendi causa (cf. de deo Socr. prol. p. 1, 13 noscitis simul et ignoscitis).	Heaut. 218 et cognoscendi et ignoscendi ... peccati, Eun. 42 non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo (cf. Arch. f. lat. Lex. I p. 384, Weym. p. 371 et Tertull. Apol. c. 8 p. 142 Oehl.).

Imitationes ceterorum poetarum priscorum, quorum reliquiae tantum extant, ob eam ipsam causam rarissimas reperire licet, veluti:

Met. IIII 32 aegra corporis, animi saucia.	Enn. fab. 259 M. animo aegra, amore saevo saucia.
Met. IIII 33 maeretur, fletur lamentatur.	Enn. Ann. 26: merentes flentes lacrimantes ac miserantes.
Met. IX 14 pervicax pertinax.	Enn. fab. 395 pertinaci pervicacia. Acc. tr. 4.
Apol. 40, p. 51, 8 in primori fronte animum gestare.	Enn. fab. 106 sq. amicitiam atque inimicitiam in frontei promptam gero.
Met. III 2 risu dirumperetur (cf. X 15 risu . . . dirumpuntur).	Afran. 127 R. risu . . . rumpier (cf. Weymann l. c. p. 344).
Apol. 102, p. 112, 18 o grave veneficium dicam an ingratum beneficium.	Laber. 135 veneficia autem beneficia.
Met. VI 22 ad armillum redit (cf. VIIII 29 ad armillum revertitur).	Lucil. XXVIII 30 M. anus rursum ad armillum (cf. Otto Sprichw. p. 28).
Met. VII 21 tener puellus.	Lucil. XI 28 M. tener . . . atque puellus.
Met. VIIII 38 elidit divitis animam (cf. VIII 14 elidere spiritum).	Lucil. II 10 animamque elisisse illi (cf. Ovid. Met. XII 508).

Paulo frequentiores sunt loci e Lucretio petiti, quem sine dubio studiose Apuleius lectitaverat. ac primum haud paucas sententias eius in usum suum convertit. qua de re conferas velim hos locos: de mund. 9, p. 112, 28 sq. (de imbre) et Lucr. VI 517 sq., Apol. 15, p. 22, 19 (de speculis) et Lucr. IIII 269 sq., Met. XI 2 et 5 et Lucr. I 1—23. deinde eum singulos huius poetae locos imitando expressisse eis quos iam enumerabo inspectis elucebit:

Met. IIII 9 res ipsa denique fidem sermoni meo dabit.	V 104 dictis dabit ipsa fidem res.
Met. IV 28 et de deo Socr. 3, p. 8, 1: sermonis humani penuria (cf. Met. XI 3 paupertas oris humani).	I 832, III 260 patrii sermonis egestas, I 139 egestatem linguae (cf. Mus. Rhen. LII 578 adn. 2).
Met. VIII 15 sole florido.	I 900 flammaï flore, IIII 450 florentia lumina (lucernarum).
Met. X 20 praeclara . . . luce.	II 1032 praeclara luce, V 120 praeclarum solem.
Apol. 14, p. 21, 11 ritu cadaveris.	VI 1155 quo perolent . . . cadavera ritu.
de mund. 3, p. 109, 3 luce vestitur.	II 147 quam . . . soleat sol . . . convestire . . . luce (cf. Verg. Aen. VI 640 Arnob. I 2, p. 4, 16 Reiff.).
de mund. 9, 112, 28 fetu gravidat (Goldb.: gravidatur).	I 253 fetuque gravantur (cf. Amm. Marc. XXXI 8, 7 fetibus gravidas).

Postquam de poetarum membris in libris Apuleianis disiectis exposuimus, iam ad prosae orationis scriptores accedamus, ex quorum scriptis duos tantum Catonis Varronisque locos nominibus horum adiectis eum proposuisse iam supra diximus. sed multos eiusmodi scriptores legisse

eum atque locis ex eis depromptis tamquam flosculis orationem ornavisse extra dubitationem positum esse patet. verum de hac re amplissima et difficillima accuratius agere non meum esse puto. nam et aliena ea est a consilio meo neque vires meae, quibus nunc utor, ad quaestionem illam explicandam sufficiunt. quam ob rem de tribus tantum scriptoribus ea quae ad rem faciunt exponere satis habeo, de Sallustio, Cicerone, Valerio Maximo. atque de primo ea de causa hoc loco agere constitui, quod Vogel in libro, qui 'ὁμοιότητες Sallustianae' inscribitur, de Apulei studiis Sallustianis omnino nihil protulit; Ciceronem autem in censum propterea vocavi, quod eum a Frontone eiusque adseclis haud ita magni habitum esse putant, denique ut Valerium respicerem, movit me Krollii, viri doctissimi, auctoritas, qui in libro de Symmachi studiis Graecis et Latinis scripto demonstravit Symmachum ex Valerio suam rerum gestarum notitiam hausisse, quod aliqua ex parte in Apuleium quoque cadere mihi persuasi. a Sallustio igitur incipiens adnoto eum semel (Apol. p. 106, 4) commemorari et dicendi genus eius parcum vocari. cum autem sermonis eius brevitatem alii scriptores laudent, huic loco contemptus notio inesse videtur. neque id mirum; nam Apuleius nihil minus sectatus est quam brevitatis et celeritatis laudem atque in ea re abhorret a Frontonianorum consuetudine, qui quanti fecerint Sallustium nemo ignorat. quare nonnullae imitationes Sallustii sunt loci iocose atque irridendi causa inversi, veluti statim primus quem adferam locus ad id genus pertinet:

Met. I 16 iamiam grabatule animo meo carissime.	Sall. Iug. 14, 22 iamiam frater animo meo carissime.
Met. IIII 6 in.: res ac tempus ipsum locorum speluncaeque illius quam latrones inhabitant descriptionem exponere flagitat (cf. VIIII 32 res ipsa mihi poscere videtur, ut huius quoque servitii mei disciplinam exponam).	Iug. 17 in.: res postulare videtur Africae situm paucis exponere (cf. Cat. 5, 9 res ipsa hortari videtur .... supra repetere).
Met. IIII 20 pristinae virtutis oblitus (latro).	Cat. 58, 12 memores pristinae virtutis.
Met. VIIII 14 omnia prorsus ut in quandam caenosam latrinam in eius animum flagitia confluxerant.	Cat. 37, 5 omnes, quos flagitium ... expulerat, ei Romam sicut in sentinam confluxerant (cf. Heges. IIII 6, 1).
Met. VIIII 29 quae res cum ei sequius ac rata fuerat proveniret.	Iug. 7, 3 sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit.
Apol. 25, p. 33, 18 quin igitur tandem expergiscimini.	Cat. 20, 14 quin igitur expergiscimini.
Apol. 52, p. 62, 11 tanta vis morbi te instigat.	Cat. 36 extr. tanta vis morbi erat.

Cum igitur satis constare videatur Apuleium Sallustii verba interdum in risum vertisse, mihi quidem dubium non videtur, quin Sallustium respexerit scribens Met. III 27 'quo usque tandem cantherium patiemur istum?' (Sallustii verba sunt Cat. 20, 9 'quae quo usque tandem patiemini, fortis-

sumi viri?'), non autem Ciceronis exordium notissimum.[1]) iam ut ad hunc transeam, primum commemorandum videtur opera Apulei, quae sunt de philosophia, continere sententias complures, quae etiam in Ciceronis operibus inveniuntur, quaeque Goldbacher summa cum diligentia in adnotationibus indicavit; ego autem non arbitror Apuleium eas ex ipso Cicerone hausisse uno loco excepto, quo verbis usus est Ciceronianis similibus; conferas quaeso de dogm. Plat. II 20, p. 95, 23 sq. et disp. Tusc. V 12, 36 et ad fam. V 13, 1). praeterea in exordio libri qui inscribitur de mundo (p. 105, 2) Ciceronem expilavit philosophiam nominans virtutis indagatricem exsculptricemque vitiorum (cf. disp. Tusc. V 2, 5 et Goldbacherum in eph. gymn. Austr. a. 1875, p. 94). quod ad Apologiam adtinet, Ciceronis nomen occurrit eodem loco quo Sallustii, eiusque sermoni opulentia adtribuitur; praeterea eum tangere videtur verbis (p. 22, 15): 'de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum docenti?' sed etiam plurima ad artem oratoriam spectantia ad Ciceronis exemplum expressa esse videntur. sic ut uno exemplo rem absolvam, consuetudinem Ciceronis secutus est, cum diceret (p. 20, 2) 'audias ut adhuc fecisti libenter et diligenter'. conferas enim quaeso Cic. Verr. IIII 102 'nunc eadem illa, quaeso, audite et diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite', ib. V 42 'haec dum breviter expono, quaeso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite', or. Phil. I 15 'peto, ut ... benigne me ..., ut adhuc fecistis, audiatis', ib. XIII 22 'velim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis', exemplorum vero e rerum gestarum historia petitorum e Cicerone desumpta videntur ea, quae p. 77, 1 sq. leguntur, et Agesilai Lacedaemonii sententia, quae p. 21, 15 commemoratur. sintne autem in Metamorphoseon libris Ciceronis vestigia, mihi quidem dubium videtur. sed ut ipse iudicium facere possis, locorum, quos inveni, similium conspectum habes propositum:

Met. I 16 laqueum induo (VI 30 induta l. anus).	Verr. II 42, 102 in. videte in quot se laqueos induerit.
Met. I 22 an tu solus ignoras ...	pro Mil. 12, 33 in. an vero iudices vos soli ignoratis.
Met. III 6 dux et signifer ceterorum.	pro Mur. 25, 50 extr. dux et signifer calamitosorum, pro Planc. 30, 74 causae nostrae duces et quasi signiferi.
Met. III 8 per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis ... miseremini (cf. Apol. 86, p. 95, 10 Athenienses quondam propter commune ius humanitatis ... prohibuerunt).	pro Flacc. 11, 24 communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer.
Met. IIII 1 et VIIII 12 fame perditus.	Verr. V 38, 100 fame perditis.
Met. VI 9 furenter irati (sic φ.— F et V. de Vliet: frequenter; Iahn, Eyssenh.: frequentare).	ad Attic. VI 1, 12 furenter irasci.

[1]) cf. praeterea locos a Weymanno p. 347 commemoratos.

Met. X 25 multarum palmarum spectatus (medicus).	pro Rosc. Am. 6, 17 plurimarum palmarum ... nobilis gladiator.
Met. X 33 in. togati vulturii.	pro Sest. 33, 71 vulturii paludati.
Flor. 16, p. 22, 20 emere velis quam rogare.	Verr. IIII 6, 12 malo emere quam rogare (cf. Otto Sprichw. p. 124).

His igitur breviter expositis iam hanc quaestionem concludam disputatione de Valerio Maximo instituta quem ab Apuleio inspectum esse puto, cum Apologiae caput 18 scriberet. ordo enim virorum pauperum, quos enumerat est hic: Publicola regum exactor (p. 27, 6), Agrippa populi reconciliator (ib. 7), Atilius Regulus (27, 9). iam vides eundem ordinem servare Valerium (IIII c. 4, 1 sq.), nisi quod inter Menenium Agrippam et Atilium Regulum de C. Fabricio et Q. Aemilio Papo exponit. sed etiam verba ipsa ex Valerio Apuleius petiisse mihi videtur. dixit enim: 'quorum funus ob tenuis opes a populo Romano conlatis sextantibus adornatum est' respiciens puto Valeri[1]) verba 'nisi a populo conlatis in capita sextantibus funeratus esset'. praeterea similes sunt narrationes Met. VII 6 et Val. IIII 6 ext. 2 (de uxore fideli in habitum virilem reformata et in castris vitae militaris aerumnas sustinente), Met. X 16 et Val. VIIII 12 ext. 6 (de vino asino oblato). denique locutiones aliquot similes mihi enotavi:

Apol. 31, p. 41, 2 sq. cum animadverteret proxime Metapontum ... a quibusdam piscatoribus everriculum trahi, fortunam iactus eius emisse.	Val. IIII 1, 7 a piscatoribus ... everriculum trahentibus quidam iactum emerat; (paulo infra: fortunam ductus emisse).
Apol. 53, p. 63, 14 individuo contubernio.	VIIII 5, ext. 3 dividuum contubernium.
Flor. 3, p. 4, 6 barba squalidus.	I 7, 7 squalidum barba (cf. Verg. Aen. II 277 squalentem barbam).
de deo Socr. 15, p. 18, 12 emeritis stipendiis vitae.	V 7, 1 vitae emeritis stipendiis (cf. Lucr. III 956, Sen. Ep. 93, 4, Colum. III 6, 4 Schn., Claud. Bell. Gild. 115).

Apulei libros multum diuque in hominum memoria versatos esse demonstravit Weymann, vir singulari doctrina ornatus et ampla scriptorum veterum lectione instructus. cuius disputationem cum adsidue lectitavissem, locos quosdam ab eo neglectos adnotavi. quos iam proponere tamquam messis uberrimae spicilegium exiguum non inutile esse existimo. atque eam rem ita instituam, ut ab *Ammiano Marcellino* ordiar, de quo Weymann p. 361 sqq. disseruit. haec igitur quae addam habeo:

---

[1]) qui Livii locum exscripsit; sed dubito, num Livium ipsum legerit Apuleius; nam certa imitationis vestigia extare non existimo. unum tantum qui maioris momenti esse videtur locum repperi: Met. VIII 5 'quin equos inscendimus', quem conferas cum Liviano I 57 'quin conscendimus equos'.

Amm. XIIII 1, 9 extr. medullitus multis gementibus.	Apul. Met. VII 2 medullitus ingemebam.[1])
Amm. XXVIII 4, 19 diligenter explorat.	ib. II 8 diligenter explorassem.
Amm. XXVIII 4, 29 omne quod vivunt.	ib. XI 6 totum ... quod vives.
Amm. XXVIIII 2, 22 in nexum germanitatis ... dilectus.	ib. II 3 in nexu germanitatis ... coaluimus.
Amm. XXX 1, 15 iniuriis ... omnibus demussatis.	ib. III 26 demussata ... contumelia (cf. p. 152).
Amm. XXXI 8, 7 fetibus gravidas.	de mund. 9, p. 112, 28 fetu gravidat⟨ur⟩ (cf. p. 153).
Amm. XXXI 9, 5 ursum immanem.	Met. IIII 13 immanis ursae (VII 24 extr. immanem ursam).

Accedo ad sanctum Zenonem Veronensem, de quo Weymann p. 350 sqq. exposuit. adhibui autem praeter editionem Migneanam eam quam I. B. comes Giuliari a. 1883 Veronae emisit.

Zen. lib. I tract. 1, p. 262 M., p. 8 G. cuius ... dissipantur ... membra.	Met. V 27 membris ... dissipatis (cf. VI 26 membratim dissipabunt, Enn. fab. 328 M., Weymann p. 365).
Zen. lib. I 4, p. 293 M., p. 37 G. nihil prorsus existimat turpe nec pati nec facere.	Met. VIIII 18 quidvis facere, quidvis pati paratus (cf. Apol. 74, p. 84, 15, Hor. Carm. III 24, 43. eadem locutio Graecis propria est; cf. Lucian Cyn. 10 in. *ποιοῦσί τε καὶ πάσχουσι*, Heliod. Aeth. 8 *πάντα γὰρ ὑπέρ σου καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ἕτοιμος*).
Zen. lib. I 4, p. 299 M., p. 41 G. nam cum medullitus mulier ardoris insani conflagraret incendio.	ib. X 3 tui oculi ... meis medullis acerrimum commovent incendium.
Zen. lib. I 4, p. 300 M., p. 42 G. minitantes exitium.	ib. I 4 et III 23 minatur exitium.
Zen. lib. I 10, p. 334 M., p. 79 G. execrabili metallo procedis onusta.	ib. VIIII 19 execrando metallo.
Zen. lib. II 18, p. 454 M., p. 206 G. vivum cadaver.	ib. IIII 34 vivum funus (cf. Caec. Stat. 121 R., Manil. V 549, Rut. Nam. I 518, Quintil. decl. VIIII 6, Cypr. ad Don. 7).
	ib. IIII 11 extr. elemento toto sepultus.
Zen. lib. II 39, p. 487 M., p. 245 G. sacri gurgitis elemento sepelit.	
Zen. lib. II 45, p. 500 M., p. 260 G. pernici cursu.	Apol. 21, p. 29, 16 cursor pernix (cf. Claud. XXIIII [Cons. Stil. III.] 321).
Zen. lib. II 57, p. 512 M., p. 279 G. infestis mucronibus.	Met. IIII 26 et VIII 2 infestis mucronibus, ib. I 4 inf. mucrone (cf. Quintil. decl. VIIII 9).
Zen. lib. II 59, p. 515 M., p. 282 G. petra illis scaturrivit in fontem.	Met. IIII 6 fons ... scaturriebat (cf. Met. VI 13 fontis ... scaturrigine).

Weymann p. 376 adn. 1 Birtio adsensus est, qui in Claudiani poeta editionis p. CCII duobus huius poetae versibus cum locis Apuleianis comparatis

[1]) de locutione 'vicem alicuius ingemiscere' utrique scriptori communi cf. Weymannum p. 362.

valde dubium esse dixit, num re vera Apulei vestigium in carminibus illius extaret. neque vero ego demonstrare possum Apuleium a Claudiano lectum esse. quattuor tamen locos adferre possum, qui mihi ad hanc rem probandam paulo aptiores quam ii quos Birt adtulit esse videntur. quos iam proponam:

Claud. III 131 ferale ... murmur.	Met. II 1 ferali murmure (cf. Verg. Aen. IIII 462 ferali carmine, Sil. Ital. V 223 letiferum murmur).
Claud. XXVII 19 quam laetum post bella Iovem susceperat aether.	Met. VI 6 summus aether cum gaudio suscepit deam.
Carm. min. XXII 43 me, precor, heu me redde mihi.	Met. XI 2 redde me meo Lucio (haec Lucius ipse dicit).
Carm. min. XXX 223 supplice crine verris humum (cf. X 145).	Met. VI 2 humum verrens crinibus suis.[1]

Tamquam clausulam huic capiti adiciam brevissimam de Servio grammatico disputatiunculam. etenim Weymann p. 386 tres Porphyrionis grammatici locos adtulit, qui cum quibusdam Apuleianis similitudinem habent. qua re permotus sum, ut inquirerem, num apud alium quendam grammaticum vestigia lectionis Apulei deprehendere possem. et cum cognovissem Servium adhibuisse Apulei verba bis (ad Aen. VIII 275 et Georg. II 126), sed tantummodo librum qui de dogmate Platonis inscribitur et librum nunc deperditum de arboribus, mihi in mentem venit fuisse quosdam, qui Metamorphoseon libros ignorarent, ceteros vero ab Apuleio compositos bene novissent (cf. Weymann p. 376). verum Servio Lucii historiam haud ignotam fuisse comprobatur locis aliquot, quibus grammatico illi verba Apulei obversata esse arbitror, veluti:

Serv. ad Ecl. VI 13 crapula madentem.	Met. III 18 crapula madens.
ad Georg. I 437 recepto spiritu.	Met. VII 1 recepto spiritu.
ib. III 407 captantem noctis opportunitatem.	Met. VIIII 20 captata noctis opportunitate (cf. Veget. Epit. IIII 26 noctis occasione captata).
ad Aen. I 495 singula miratur.	Met. V 2 miratur singula (cf. II 26 rimabar s.).
ib. VI 264 inferorum ... silentia.	Met. XI 5 inferorum ... silentia.
ib. XII 857 suco noxio.	Met. X 33 suco noxio.

[1]) humum crinibus verrere a nullo alio, quod ego quidem scio, dictum est, sed aras vel templa crinibus verrere; cf. Liv. III 7 extr., XXVI 9, 7, Sil. Ital. VI 560, Stat. Theb. VIIII 638, Claud. Mam. Genethl. 10, 6 (Pan. Lat. p. 110 B). praeterea apud Ovidium Met. XIII 960 haec leguntur 'caesariemque meam, quam longa per aequora verro'.

Caput II.

De Apulei sermone numeris adstricto.

Scriptores veteres, in primis oratores multum operae in eo posuisse, ut verba numerose et apte caderent, paria paribus responderent, aures audientium grata venustaque verborum collocatione delectarentur, nemo nescit. nam a rhetoribus et grammaticis cum Graecis tum Latinis doctrinam satis amplam accepimus, qua edoceamur, quae numerose scribendi leges ac praecepta antiquitus fuerint. verum tamen de rhetorum Graecorum praeceptis atque de rationibus quas oratores Graeci in ea re secuti sunt haud pauci ex aetatis nostrae hominibus doctis uberius exposuerunt,[1]) Latinos autem scriptores non ita multi respexerunt iique temporibus recentissimis.[2]) nam anno demum 1881 prodiit Georgii Wuestii dissertatio, quae inscribitur: De clausula rhetorica quae praecepit Cicero quatenus in orationibus secutus sit, tomo V dissertationum Argentoratensium inserta. ea quae ille statuerat corrigere et augere studuit Ern. Mueller dissertatione 'De numero Ciceroniano' inscripta, quae Berolini a. 1886 emissa est. deinde a. 1892 L. Havet opusculum de Symmachi oratione numerosa (Bibl. de l'école des h. études. fasc. 94) conscripsit, cuius libri G. Meyer censuram egit in ephemeridis, quae vocatur Göttinger gelehrte Anzeigen, tom. I, p. 1 sqq. tum egit Havet de numero oratorio Ciceroniano in ephemeride Revue de phil. a. 1893 (17), p. 33 sq., 141 sq. et a. 1894, p. 160. denique commemorandum est opusculum quod R. Sabbadini scripsit in ephemeride Rivista di filologia a. 1897, 4, p. 600 sq. de numeris in dialogo qui Vergilius orator an poeta inscribitur obviis.

Sed antequam de his libris iudicium faciam, nonnulla de praeceptorum a rhetoribus Latinis datorum pretio et auctoritate praemittenda esse viden-

---

[1]) cf. C. Steiner de num. orat. Posnaniae 1850, A. Schmidt Aus d. gr. Rhetorik, I. Zur Lehre vom orat. Numerus Mannhemiae 1858, F. V. Fritzsche de numeris orationis solutae Rostochi 1875, C. Peters de Isocratis studio numerorum Parchimiae 1883, C. Iosephy Der orat. Num. bei Isocrates und Demosthenes Turici 1887. praeterea F. Blass in libro, quem de eloquentia apud Atticos scripsit, passim de numero oratorio disputavit. de clausulis accentu temperatis disseruit G. Meyer Spirensis libro 'Der accentuierte Satzschluss in der griech. Prosa, Gottingae 1891'; (cf. L. Havetum in ephemeride Revue crit. a. 1891, II. p. 207 et G. Meyerum in ephemeride Berl. phil. Wochenschr. 1892, p. 182 sq.). dum hic libellus typis exscribitur, mihi Romae in Boethii codicibus excutiendis occupato in manus venit opus amplissimum E. Nordeni 'Die antike Kunstprosa', qui de hac re accuratissime disputavit vol. II p. 908 sqq. hoc igitur libro me uti non potuisse ex eis quae modo dixi intellegitur.

[2]) Nam G. I. Vossius (Inst. Or. IIII 4) et G. Hermannus (Opusc. I, p. 121 et 123) eam rem tantummodo obiter tetigerunt. Wicherti opusculum a Volkmanno (Rhet.[2] p. 451) commemoratum mihi praesto non est.

tur. primum autem fontes ex quibus doctrinam rhetorum Latinorum petere possumus, enumerandos esse puto. etenim de numeris egit Cicero libri qui Orator inscribitur ss. 57 sq., 77 sqq., 149, 169 (c. 51), 172—221 et operis quod De oratore inscripsit l. III s. 181 sq. Quintilianus praecepta sua exposuit Inst. or. VIIII 4, 45 sq. Diomedis doctrinam expositam habes Gr. Lat. I p. 465 sq., Martianus Capella de numero oratorio disseruit l. V ss. 517 et 519 sq. praeterea extat Marii Ploti de structuris disputatio (Gr. Lat. VI 492 sq.), Rufini liber de compositione et metris oratorum (ibid. VI 565—578 vel Rhet. Lat. Min. p. 575 sqq. H.), quibus nonnulla addidit C. Iul. Victor (Rhet. Lat. Min. p. 433 sqq.). accedunt duo fragmenta (Gr. Lat. VI 307 sq. et 327) et caput de qualitate structurae, quod libro Diomedis alteri adsutum est (Gr. Lat. I 471 sq.). his igitur fontibus non eandem auctoritatem tribuendam esse patet. nam ii scriptores, quos post Martianum enumeravi, aut ieiunas clausularum enumerationes praebent aut sua e Ciceronis Quintiliani Diomedis libris compilaverunt. rhetorum autem recentiorum scripta, in quibus integrae illorum sententiae repetitae reperiuntur, ad rem criticam factitandam quidem alicuius momenti sunt,[1]) sed ad quaestionem ipsam solvendam subsidium adferunt fere nullum, ita ut in hac re tractanda plane neglegi possint. iam quae restant, si perlegerimus, inveniemus praecepta quae ad initia et medias partes circuitus pertinent fere data non esse, sed rhetores tantum de clausulis numero quodam vinciendis disseruisse. cuius rei causam bene explicavisse videtur Quintilianus VIIII 4, 60 his verbis: ‘ratio vero pedum in oratione est multo quam in versu difficilior: primum, quod versus paucis continetur, oratio longiores habet saepe circuitus; deinde, quod versus semper similis sibi est et una ratione decurrit, orationis compositio, nisi varia est, et offendit similitudine et in affectatione deprehenditur. et in omni quidem corpore totoque ut ita dixerim tractu numerus insertus est. neque enim loqui possumus nisi syllabis brevibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. magis tamen et desideratur in clausulis et apparet: primum, quia sensus omnis habet suum finem poscitque naturale intervallum, quo a sequentis initio dividatur; deinde quod aures continuam vocem secutae ductaeque velut prono decurrentis orationis flumine tum magis iudicant, cum ille impetus stetit et intuendi tempus dedit. non igitur durum sit neque abruptum, quo animi velut respirant ac reficiuntur. haec est sedes orationis hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat.’[2]) qua de causa etiam viri docti omnes, qui de numeris orationis solutae scripserunt, de clausulis tantum egerunt excepto Ernesto Muellero, qui etiam de initiorum et clausularum responsione non-

---

[1]) cf. Teuffeli Hist. litt. Rom.[5] § 427 adn. 8.

[2]) cf. Cic. Or. 192: clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in eis perfectio et absolutio indicatur et q. s.

nulla protulit. Valois et Couture[1]) autem demonstraverunt etiam temporibus recentioribus extitisse certam clausularum temperandarum normam. cum igitur satis constet in clausulis componendis oratores praecipuam operam collocavisse, nos quoque tantum de arte, qua clausulas illas conficiendas esse statuerunt, disputabimus.

Iam si praecepta rhetorum de clausulis data consideramus, fieri non potest quin miremur ea inter se diversissima esse. atque omnium primum dissensio est, utrum syllaba extrema anceps habenda sit necne. Cicero enim (Or. 217) haec docuit: 'nihil ... interest dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem refert.' repugnat Quintilianus haec dicens (VIIII 4, 93): 'neque enim ignoro in fine pro longa accipi brevem, quia videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere; aures tamen consulens meas intelligo multum referre verene longa sit, quae claudit, an pro longa.' Diomedes sententiam Ciceronis, verba Fabii secutus (Gr. Lat. I 467, 9) 'clausula quoque' ait 'e longis firmissima est, sed venit et in breves, quamvis habeatur indifferens ultima; neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi brevem, quia videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere'.

Sed etiam de singulorum pedum electione rhetores non consentiunt. veluti Quintilianus negat[2]) se paeone capi, quem Aristoteles[3]) Demetrius[4]) Cicero[5]) magno opere probaverunt. quod autem ad syllabarum brevium productionem adtinet, Diomedis sententia longe discrepat a praeceptis reliquorum, qui haec docet:[6]) 'sed meminerimus ita nos de longis et brevibus temporibus locuturos, ut natura tantum, non etiam positione longas aut breves iudicemus'. quare idem verba 'iusta reprehensio' et 'iusta videatur' similiter currere putat 'quamvis reprehensio primam syllabam positione longam habeat propter duas quae sequuntur consonantes'. eadem ratione 'criminis causa' dactylum cum spondeo, 'impetus fecit' anapaestum cum spondeo esse contendit. Cicero[7]) vero 'incipite' positionis vi servata paeonem, 'comprobavit'[8]) dichoreum esse adfirmat et pariter Quinti-

---

[1]) N. Valois: Étude sur le rhythme des bulles pontificales (Bibl. de l'éc. des chart. a. 1881, p. 161—198, 257—272. L. Couture: Le cursus ou rhythme prosaïque dans la liturgie et dans la litterat. de l'église Latine du IIIe siècle à la renaissance (pars I Rev. d. quest. hist. a. 1892, I, 253—261, pars II, Compte rendu du congrès scientif. intern. des Cathol. Par. a. 1891, sect. V, p. 103—109); cf. Miodoński in eph. Berl. phil. Woch. 1892, p. 1174 sq., Duchesne, Bibl. de l'éc. des chart. 1889, p. 161—163.

[2]) VIIII 4, 110.

[3]) Rhet. III 8.

[4]) de eloc. 38 sq.

[5]) de or. III 183 sq.

[6]) Gr. Lat. I 468, 25.

[7]) de or. III 183.

[8]) Or. 214.

lianus[1]) 'criminis causa' creticum cum spondeo, 'etiam nota'[2]) anapaestum cum spondeo esse censet. iam si in re tam gravi dissensio est, qui consensus esse potest in levioribus? et profecto clausulae ab aliis damnatae ab aliis non reprehenduntur vel etiam laudantur, cuius rei exempla nonnulla adferam:

Quintil. VIIII 4, 98 potest, etiamsi minus bene praeponi anapaestos (sc. spondeo).

ibid. 102 ne dactylus quidem spondeo bene praeponitur, quia finem versus damnamus in fine orationis.

ibid. 104 cludet et dactylus .... habebit ante .... spondeum male, peius choreum.[3])

Mart. Cap. V 521, p. 173, 4 cavendum est autem ne ... duo iambi ... in fine ponantur.

id. p. 173, 7 cavendum etiam ne .... veniat ... post pyrrhichium trochaeus spondeusve ut si dicas 'conqueritur sua facta'.

id. 173, 11 sed et trochaeus et iambus ... malam clausulam faciunt; hoc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit.

Diom. p. 469, 9 nam praecurret ... anapaestos (sc. spondeo).

id. 469, 10 (spondeus) ... amat et dactylum antecedentem.

id. 469, 28 dactylus in clausulis fortis est trochaeo antecedente 'iure fecimus' ... spondeo 'causas audiat'.

Diom. 469, 24 iambus quoque clausulis est aptus ... se ipso praecurrente 'bona fide'.

id. 469, 13 trochaeus quoque in clausula bene ponitur maxime si praecedat ... pyrrhichius 'cape vota'.

Quint. VIIII 4, 109 et quidem optime est sibi iunctus anapaestos, ut qui sit pentametri finis.

Accedit quod multae clausulae ab aliis quam maxime laudatae ab aliis ne adferuntur quidem. sed, quod gravissimum est, praecepta rhetorum nequaquam usui scriptorum conveniunt; nam ut exemplo utar, clausula heroica – ⏑ ⏑ – ⏓ ab omnibus damnata (cf. Reisig Vorles. über lat. Spr.^{3} III 864) a Cicerone ne in orationibus quidem vitatur (cf. Wuestii diss. p. 72 [298]); in eiusdem Catone maiore legitur ea quinquies[4]), in Sallustii bello Catilinae sexagies[5]), sed etiam in orationibus, quae ex Historiis eius excerptae sunt, illa invenitur. saepissime occurrit in Apulei scriptis.

Cum igitur cognovissem praecepta rhetorum nec rationibus aptis firmata nec diligenti scriptorum observatione stabilita nec usui oratorum convenientia nec inter se congruentia esse, farraginem illam molestam

---

[1]) VIIII 4, 97.

[2]) VIIII 4, 98.

[3]) Quintiliano vox 'choreus' idem valet quod Diomedi 'trochaeus'. trochaeus autem apud Ciceronem et Quintilianum tribrachyn significat; cf. Cic. Or. 212 extr., Quintil. VIIII 4, 82 et locos, quos Christ adtulit p. 276 editionis alterius libri quem de re metrica scripsit in adnotatione.

[4]) s. 5, v. 24 ed. Muellerianae; 7, 13; 25, 3; 26, 17; 42, 18.

[5]) p. 3, v. 3 ed. Iord.^{3}; 3, 10; 4, 12, 27; 5, 8, 19, 24, 34; 6, 12, 27; 7, 11, 33, 35; 8, 6; 9, 3, 6, 10; 10, 6; 11, 26; 13, 10; 14, 32; 15, 6, 20, 28; 16, 33; 18, 34; 19, 8; 20, 9, 11, 20 (heroicus integer), 24, 36; 21, 19; 22, 13 (her. int.), 22; 23, 10, 23; 25, 8, 29, 34; 28, 7; 29, 3, 21; 30, 9, 10; 31, 1, 18; 32, 8, 17, 23, 33; 33, 14, 20, 27; 34, 2, 16; 35, 15,17, 19; 37, 31.

recte abiecisse Meyerum existimavi.[1]) nam ii qui ea quae rhetores docuerunt retinenda observandaque duxerunt, Wuestium et Muellerum dico, in errores haud leves inciderunt.[2])

Quam ob rem ut cognoscamus, num quae fuerint certae scribendi leges qualesque fuerint, unice usus scriptorum consulendus esse videtur, quod G. Meyer fecit. tamen hunc virum rei metricae peritissimum in hac quaestione tractanda licentia quadam usum esse puto. statuit enim scriptores Latinos clausulas unico pede cretico temperasse, sed creticum nominat pedem quemlibet, dummodo habeat mediam syllabam brevem, ita ut figura illius cretici sit ⏓⏑⏓. sed quia hac etiam via omnium clausularum rationes explicare nequit, de creticis liberis, quos 'freie Kretiker', et inversis, quos 'verschobene Kretiker' vocat, tum de creticis dimidiatis ('halbe Kretiker' eos appellat) verba facit. at si, quod Meyer adfirmat,[3]) altero p. Chr. saeculo ignotus quidam praecepisset, ut omnes clausulae cretico adstringerentur, certe vestigium eius praecepti extaret in rhetorum operibus. ac tale aliquid re vera se invenisse arbitratus est. relegat enim nos ad Terentiani Mauri versus 1439 sq.:

> '*optimus pes* (sc. creticus) *et melodis et pedestri gloriae*
> *plurimum orantes decebit, quando paene in ultimo*
> *obtinet sedem beatam, terminet si clausulam*
> *dactylus, spondeus imam nec trochaeum respuo*
> *(bacchicos utrosque fugito), nec repellas tribrachyn:*
> *plenius tractatur illud arte prosa rhetorum.*'

Verum a ceteris quoque rhetoribus commendatur creticus, sed non unicus clausulis aptus habetur. nam clausulas e cretico et dactylo, e cretico et spondeo, quas Terentianus laudat iam a Quintiliano commendatas esse

---

[1]) Neque Havet rhetorum illorum rationem habuit, sed hic non eodem iure. nam eandem viam ingressus ac Martianus Capella inquisivit primum, qualia verba a Symmacho in fine ambitus collocata essent, tum qualia singulis verborum generibus antecederent singulos pedes singulis verbis inclusos esse statuens. atque ita factum est, ut interdum ea repeteret, quae iam a Martiano inventa erant. veluti p. 5 haec docuit: 'un mot final comme ēlātŭm sera toujours précédé d'un trochée ou rarement d'un tribraque, qui en est équivalent'. sed idem iam Martianus praeceperat, p. 173, 19, quo loco haec dicit: 'trisyllabis clausulam terminantibus lex est, si modo eam velis molliter fluere, ut trochaeo praecedente paenultimo molossus subsequatur sive longam habeat novissimam syllabam sive brevem iure metrico' (cf. Gr. Lat. VI 308, 31). sed etiam aliorum rhetorum praecepta Havet repetiit; nam cum haec praecepit: 'un mot final comme ămīcŭm sera toujours précédé d'un spondée', Diomedem invitus secutus est, qui haec docet (p. 470, 2): 'amphibrachys quoque recte ponitur in clausula spondeo fere antecedente: 'ludos habete, recte locutus'.

[2]) cf. adnotationem 2 p. 165.

[3]) p. 13.

videmus,[1]) reliquas quae e cretico et spondeo vel e cretico et tribracho conformatae sunt Diomedes probat,[2]) qui, cum Terentiano recentior esset, clausulas, quas praeter illas cretici ope compositas adfert, non adtulisset, si iam Terentiani temporibus clausulas unico cretico efficiendas esse constitisset. ceterum Iulius Victor p. 433, 28 H. haec profert: 'nec creticus pes saepius frequentetur', quibus verbis demonstratur scriptores quosdam creticum in deliciis habuisse, sed nequaquam omnium consensu eum unum clausulis aptum habitum esse. ac ne antiqui quidem versus illos Terentiani sic acceperunt ut Meyer; nam Rufinus, qui eos adfert (Gr. Lat. VI 575, 3) et circumscribit (ibid. 566, 10), iis non impeditur, quominus alios quoque pedes commendet. in eo autem plane Meyero adsentior, quod creticum longe frequentissime in clausulis adhibitum esse dicit. de qua re infra pluribus exponam. sed cum complurium scriptorum Latinorum libros sedulo perscrutatus essem, inveni, clausulas tribus generibus comprehendi posse. ac primum esse illud, quod constat pede cretico cum aliis iuncto vel duplicato, creticum a me vocatum, alterum ditrochaicum, tertium dispondiacum.[3]) praeterea etiam eas clausulas collegi, quae omnium rhetorum consensu damnantur, eas dico, quae aut ex versu integro aut ex parte versus constant[4]) et inveni pherecrateis et glyconeis saepe circuitum terminari, sed etiam versus heroici partibus maioribus, interdum etiam versibus heroicis integris. hoc igitur genus quartum adiciendum et dactylicum nominandum esse puto. tum computatione instituta inquisivi, quot clausulae in centenis invenirentur creticae, ditrochaicae, dispondiacae, dactylicae. ita cum omnia Apulei scripta perscrutatus essem, inveni rationes clausularum in omnibus easdem fere esse, si eos libros neglegimus qui Apuleio falso adtribuuntur. iam aliorum scriptorum operibus in censum vocatis cognovi cum alios alias clausulas adamasse tum rationem clausularum apud nonnullos non in omnibus operibus eandem esse, quod in primis in Ciceronis et Sallustii scriptis observavi; sed hanc rem ita explicandam esse puto, ut Sallustium in clausulis componendis certa ratione usum non esse, Ciceronem autem in orationibus eas satis diligenter observavisse, in ceteris scriptis minorem eius rei curam habuisse dicam. qua ex re collegi saeculo demum p. Ch. n. primo vel altero in scholis rhetorum Latinorum, quas quin Apuleius frequentaverit non dubito, tirones ut certam in clausulis effingendis rationem

---

[1]) VIIII 4, 104 cludet et dactylus ..... habebit ante bene creticum; cf. ibid. 97 spondeus quoque ..... modum semper per se habet; optime praecedet eum creticus ut in hoc: 'de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa'.

[2]) p. 469, 11 trochaeus in clausula bene ponitur, maxime si se ipse praecedat ... et creticus 'proditis rebus'; cf. 469, 34 facit etiam tribrachys ad clausulam praecedente cretico.

[3]) clausula dispondiaca a Quintiliano et Diomede reicitur.

[4]) cf. Quint. VIIII 4, 72 versum in oratione fieri multo foedissimum est totum, sed etiam in parte deforme.

in scriptis cuiuslibet generis sequerentur edoctos esse. nam quamvis dicendi genus in Apulei Metamorphoseon libris adhibitum discrepet ab eo quod in operibus quae ad philosophiam spectant invenitur et ab his diversa sit Apologia, clausularum ratio ubique eadem fere est. quare Apuleium exercitationibus in scholis institutis eam scribendi consuetudinem sibi paravisse puto, quam postea in omnibus operibus quamvis genere diversissimis retinuit.[1])

Sed iam ea quae dixi exemplis probanda sunt. ac ne innumerabilis numerorum series lectorem taedio adficiat, omnes locos exscripsi tantummodo e Metamorphoseon libris tribus prioribus, tum e libris duobus, qui de Platone et eius dogmate inscribuntur, denique e dialogo Hermetis Trismegisti, rationes autem in libris reliquis tabula confecta significavi.

Cum autem inter rhetores de positionis vi, de hiatu, de pedum solutione non conveniat, nonnulla de his rebus praemittenda sunt. atque exordium facio ab ea quaestione, ut explorem quid de pedibus in clausula solutis statuendum sit. etenim plerique rhetores paeona, tribrachyn, pyrrhichium, similes pedes induxerunt veluti Diomedes p. 469, 34 clausulam e cretico et tribracho compositam: de cētĕrīs ăgĭtĕ, Quintilianus VIIII 4, 104 clausulam e pyrrhichio et trochaeo: dignitate sŭpĕrābăt. sed hi non animadverterunt eos esse pedes solutos;[2]) nam 'de ceteris agite' creticus est cum trochaeo soluto: 'cēterīs agite', 'dignitate superabat' est eadem clausula cretici arsi posteriore soluta: 'dignitāte superabat'. Terentianus Maurus tantum (p. 369 v. 1445 sq.) et Martianus Capella (p. 174, 4) de pedibus etiam in clausula oratoria solutis disputaverunt, sed regulam, qua pedes solvendi essent, constituerunt omnino nullam. adde quod etiam viri docti nostrae aetatis, qui de numeris orationis solutae disseruerunt, hanc partem neglexerunt praeter Meyerum, qui p. 7 eam legem statuit, ut, si cretici arsis prior solveretur, binas breves cum sequenti syllaba brevi (quae est media cretici) aut uno verbo comprehendi aut verbum eis terminari iuberet; sin arsis posterior solveretur, binas breves initio verbi longioris contineri. atque hanc observationem veram esse concedo, sed Meyer causam, quae huic usui subesset, indicare neglexit. etenim si consideramus poetas scae-

---

[1]) cf. quae Norden disputavit II 944.

[2]) eadem ratione peccaverunt Wuest et E. Mueller, in cuius dissertatione (p. 32), ut exemplo utar, haec leguntur: 'denique iam Wuestius observavit interdum a Cicerone adhiberi paeones e quinque brevibus: quae forma etsi satis mira, tamen propter frequentem usum agnoscenda videtur; habemus pro imp. Cn. Pomp. 44 'efficere potuisset', pro Sull. 35 'deficere patientur ....' verum haec est clausula cretica cum spondeo sescenties adhibita sed cretici utraque arsi soluta: efficere potuisset, deficere patientur.

nicos Latinos, cum pedes longos solverent, id cavisse, ne accentus grammaticus cum metrico pugnaret,[1]) quanto magis oratores elaborasse putabimus, ne accentus metrici a grammatico discrepantia orationis decursus numerosus dirimeretur. ac re vera si cretici arsi priore soluta tres breves uno verbo comprehenduntur vel verbum iis terminatur, accentus grammaticus cum metrico consonet necesse est; velut Cic. Cato m. 13 ópere cessávit (⏖́ ⏑ – | –́ ⏑), ibid. 52 nímia fundátur, Sall. Cat. 3, 5 extr. invídia vexábat, cum elisione ib. 20, 9: iudíci(a) egestátem, Tac. Dial. 5 ágere non póssit, Apul. Met. II 18 póterit adférre. arsi autem posteriore soluta, si tres breves initio verbi sequentis continentur, accentus metricus consonat cum accentu gravi, qui in verborum, quae e quaternis vel pluribus syllabis constant, syllaba inde a fine quarta vel quinta auditur, velut Cic. Cat. mai. 5, 15 quaéque vìdeámus (–́ ⏑ ⏖ | –́ ⏑), ib. 7, 22 múlta mèminérunt, Apul. Met. II 8 nativus òperátur, ita tamen, ut etiam ea syllaba, quae accentum grammaticum acutum habet, accentu metrico (eum dico, qui ad trochaeum pertinet) distinguatur: cf. exempla modo adlata aliaque, veluti Cic. in Cat. II 25 extr. vítia sùperári? (⏖́ ⏑ ⏖́ | –́ ⏓), Tac. dial. 13 trépidus èxpériar (⏖́ ⏑ –́ | ⏖́ ⏑).

Quae cum ita essent, mihi persuasi oratores in clausulis solvendis accentus grammatici rationem habuisse, eaque de causa clausulas multis syllabis brevibus comprehensas accentus indicio in quattuor illa genera distribui, veluti eam quae legitur Sall. Cat. 11, 4 facĭnŏră făcĕrĕ ditrochaicis (⏖́ ⏑ ⏖́ ⏑), eam, quae reperitur Apul. Met. II 3 in. ĕtĭām sŏcĭă, dispondiacis adnumerandam esse existimavi.

Quod ad hiatum in clausulis obvium adtinet, G. Wuest p. 19 [245] sq. argumentis satis firmis probavisse videtur eandem legem valuisse in clausulis atque in versibus, ut binis vocalibus hiantibus vis metrica prioris neglegeretur. positionis autem vim servandam esse putavi viros doctos, qui de clausulis scripserunt, secutus omnes; unus tantum Diomedes eam neglegendam esse censuit discedens a ceterorum rhetorum cum Graecorum tum Latinorum praeceptis. denique E. Muelleri sententiam amplexus (cf. eius diss. p. 42 sq.) enuntiata brevissima velut ‘minime’, ‘nescio’, ‘quid vultis amplius’, quae in Apologia frequentissima sunt, clausulis non adnumeravi. ac similiter omnia enuntiata neglexi, quae interpunctione minore quam puncto distinguuntur.

Sed iam clausulas ipsas, quae in Metamorphoseon libris tribus prioribus leguntur in ordinem redactas proponam tabulamque, qua rationes, quae inter hos libros et reliquos intercedunt, numeris describantur, adiciam.

---

[1]) cf. Christ. Metr.[2] p. 59, s. 78.

I. clausulae creticae.

A. cretico in sede ultima posito.

1. schema est hoc: – ⏓ | – ⏑ ⏓

I 1, 6.[1]) 1, 8. 5, 16. 5, 29. 5, 30. 6, 13. 7, 27. 7, 1. 7, 11. 8, 22. 8, 29. 8, 4. 11, 14. 11, 17. 11, 20. 12, 8. 12, 14. 14, 20. 14, 22. 14, 23. 14, 25. 15, 6. 17, 22. 18, 28. 18, 5. 19, 17. 19, 18. 19, 22. 19, 24. 19, 3. 21, 24. 21, 25. 21, 27. 23, 8. 23, 9. 24, 23. 24, 5. 24, 10. 24, 14. 25, 28. 26, 16. 26, 19. II 1, 3. 1, 6. 3, 10. 4, 15. 5, 24. 5, 27. 7, 9. 8, 6. 9, 21. 11, 29. 11, 3. 13, 10. 14, 20. 15, 6. 15, 18. 16, 26. 16, 3. 16, 10. 18, 9. 19, 27. 19, 7. 19, 10. 20, 12. 20, 20. 20, 21. 20. 4. 21, 17. 22, 2. 22, 3. 22, 7. 23, 14. 23, 16. 23, 17. 24, 10. 25, 22. 25, 30. 26, 12. 26, 20. 26, 25. 27, 4. 30, 19. 32, 23. 32, 26. III 1, 4. 1, 15. 2, 7. 3, 18. 3, 20. 3, 9. 4, 17. 5, 4. 8, 21. 9, 18. 9, 25. 10, 27. 11, 14. 11, 15. 11, 27. 12, 2. 12, 10. 13, 3. 14, 9. 14, 15. 15, 28. 16, 26. 17, 9. 18, 2. 20, 27. 21, 13. 21, 19. 21, 21. 21, 23. 22, 3. 23, 11. 23, 21. 23, 26. 23, 28. 24, 30. 25, 24. 27, 13. 27, 31. 28, 16.

trochaeo vel spondeo soluto: facilia senties I 3, 28. 11, 26. II 2, 19. 7, 10. 17, 2. 30, 16. III 11, 22. 24, 9. 24, 10.

cretico soluto: quid mulieris est I 8, 24. II 4, 22.

2. schema: ⏖ ⏖ | – ⏑ ⏓ I 10, 6. 13, 7. 17, 17. 19, 27. 21, 23. II 4, 10. 6, 19. 14, 26.[2]) 23, 13. 31, 5.

3. creticus duplex: mireris exordior I 1, 6. 1, 13. 5, 20. 6, 11. 9, 14. 9, 18. 18, 30. 20, 8. 22, 9. 22, 11. 22, 13. 23, 4. 23, 19. 25, 22. 26, 11. II 6, 15. 10, 4. 13, 21. 13, 6. 14, 16. 14, 2. 22, 10. 23, 29. 25, 4. 25, 5. 26, 9. 31, 27. III 3, 25. 10, 7. 17, 2. 17, 15. 22, 26. 26, 31.

cretico priore soluto: noctis iter incipis I 15, 3. II 5, 1.

" " " : lapide florentibus II 4, 29. 26, 13. III 13, 4.

" " " : capite laque(um) induo I 16, 26.

4. creticus triplex: lector intende laetaberis I 1, 15. II 9, 24.

cretico primo soluto: cubicul(um) honestum receptaculum I 23, 10.

" altero " : suffusculus Diophanes nomine II 13, 22.

5. quattuor cretici: fortunarum mearum repentina mutatio III 9, 19.

---

[1]) numerus primus significat librum, alter caput, tertius versum editionis Eyssenhardtianae.

[2]) haec clausula est 'protinus aufugit', quam verbi formam pro praesenti tempore accepi. quod si perfectum esset, res sane aliter se haberet.

B. cretico in sede paenultima posito.

1. creticus cum trochaeo vel spondeo: fabulam remetire.

I 4, 12. 5, 26. 6, 18. 6, 19. 7, 16. 9, 12. 10, 21. 11, 12. 12, 3. 12, 9. 13, 5. 14, 18. 16, 15. 17, 14. 20, 15. 21, 2. 22, 22. 23, 10. II 2, 14. 2, 26. 4, 18. 4, 5. 5, 17. 5, 26. 6, 14. 6, 21. 7, 23. 7, 5. 8, 16. 9, 16. 9, 19. 10, 27. 10, 2. 12, 13. 14, 28. 16, 8. 17, 24. 19, 24. 19, 2. 19, 3. 20, 5. 20, 6. 21, 18. 22, 5. 23, 25. 24, 13. 24, 16. 28, 19. 28, 5. 29, 19. 29, 25. 30, 25. 32, 13. 32, 18. III 1, 8. 3, 12. 6, 29. 8, 28. 10, 28. 11, 19. 13, 23. 15, 25. 15, 1. 16, 9. 17, 13. 18, 18. 19, 7. 22, 28. 23, 14. 23, 16. 23, 24. 24, 8. 24, 11. 25, 23. 26, 29. 28, 3. 28, 5. 29, 31. 29, 7.

cretico soluto: propius accessi I 6, 5. II 7, 9. 18, 14. 18, 19. 22, 1. 27, 15. III 27, 18. 29, 1.

„ „ : vere perhibeantur I 3, 24. 14, 28. II 8, 24. 8, 27. 11, 19. 13, 10. 17, 18.

spondeo soluto: aggressus excolui I 1, 11. 1, 15. 11, 8. 13, 9. 14, 17. 17, 20. 18, 27. 22, 21. II 12, 17. 28, 24. 30, 8. 31, 6. III 2, 1. 4, 15. 5, 6. 11, 21. 11, 26. 12, 5. 12, 8. 14, 11. 16, 19. 16, 20. 16, 22. 20, 23. 24, 3. 25, 20. 26, 11. 29, 25.

2. creticus cum molosso vel palimbacchio: accessimus respondit I 1, 14. 5, 23. 5, 28. 6, 15. 10, 2. 10, 7. 20, 18. 22, 18. II 7, 7. 15, 12. 18, 8. 26, 26. 29, 18. 30, 22. III 6, 17. 12, 12. 27, 26.

molosso soluto: tertium me facio I 2, 8. 6, 1. II 3, 3. 13, 2. 18, 5. 21, 20. 32, 19. III 2, 21. 2, 23. 9, 12. 14, 13. 18, 25.

„ „ : calamitatis suae comit(em) habeat I 21, 1.

3. creticus cum ditrochaeo: iucunditas levigabit I 2, 15. 7, 21. 8, 19.[1]) 8, 2. 12, 28. 18, 8. 24, 30. II 9, 14. 11, 20. 12, 19. 16, 21. 17, 19. 27, 9. 27, 12. 29, 22. 29, 27. III 1, 14. 4, 22. 7, 8. 8, 30. 10, 29. 12, 8. 28, 9. 29, 18.

cretico soluto: tacitus expostulabam III 25, 16.

ditrochaeo soluto: totius loci medietatem II 4, 19.

„ „ : expergite munus obeas II 23, 27. III 9, 5.

4. creticus cum dispondeo: palpitando saltaret I 13, 19. 17, 8. 17, 10. 19, 31. II 3, 11. 29, 15. 29, 24. III 5, 10.

---

[1]) in hac pagina typothetae errore versuum 20 et 25 indiculi ad versus 21 et 26 adpositi sunt.

dispondeo soluto: curiositatis paeniteat I 12, 16. 24, 8. II 3, 5. III 2, 19. 11, 13. 19, 11. 20, 4.

II. ditrochaicae.

1. ditrochaeus unus: eliquaret I 2, 6. 2, 11. 3, 20. 4, 5. 4, 9. 6, 4. 8, 27. 8, 5. 9, 9. 12, 5. 13, 21. 13, 28. 14, 12. 14, 20. 14, 21. 14, 26. 15, 1. 15, 7. 16, 17. 17, 5. 18, 26. 18, 32. 19, 21. 21, 29. 22, 14. 22, 17. 24, 22. 24, 6. 24, 11. 24, 13. 25, 17 (bis). 25, 32. 26, 1. 26, 3. II 1, 26. 2, 9. 2, 12. 2, 18. 3, 13. 4, 27. 4, 8. 6, 11. 10, 7. 10, 15. 11, 24. 11, 5. 12, 11. 17, 17. 17, 1. 18, 6. 18, 12. 18, 17. 19, 22. 20, 13. 20, 16. 20, 18. 20, 24. 21, 21. 24, 4. 24, 7. 24, 9. 24, 17. 24, 20. 25, 1. 26, 7. 26, 22. 27, 11. 27, 17. 28, 3. 29, 10. 31, 2. 31, 4. 31, 9. III 1, 13. 2, 10. 3, 24. 3, 3. 4, 14. 4, 25. 5, 32. 5, 12. 6, 27. 7, 2. 7, 12. 8, 23. 9, 4. 9, 22. 10, 2. 10, 9. 12, 15. 14, 18. 15, 6. 16, 12. 17, 5. 19, 13. 19, 18. 19, 19. 21, 10. 21, 21. 25, 21. 26, 5. 26, 10. 29, 20. 29, 5.

trochaeo priore soluto: quatere novi II 7, 15. 10, 11. 31, 1. III 6, 15.

trochaeo posteriore soluto: me recipio I 11, 19. 24, 25. II 4, 1. 10, 14. 13, 23. 25, 27. III 1, 11. 2, 25. 6, 13. 6, 23. 8, 29. 12, 14. 20, 25. 29, 28.

2. ditrochaei bini: ex negotio petebam I 2, 19. II 20, 2. 30, 17. III 2, 5. 15, 31. 27, 21. 29, 27.

ditrochaeo priore soluto: modo facinoris saeviatis III 9, 10.

III. dispondiacae.

prosternuntur I 11, 23. 12, 1. 13, 28. 15. 8. 15, 13. 16, 2. 18, 3. II 5, 23. 7, 12. 11, 17. 18, 20. 21, 24. 27, 14. 28, 1. 28, 7. 30, 29. 30, 13. III 3, 22. 11, 17. 12, 30. 16, 15. 22, 6. 25, 19. 26, 26. 26, 2. 28, 8. 28, 10.

spondeo priore soluto: ad eum reddo I 22, 15. II 23, 19. 24, 1. III 2, 12. 11, 23. 13, 27.

spondeo posteriore soluto: merces deposita (e)st I 4, 14. 10, 1. 15, 11. 19, 11. 22, 20. 23, 7. 25, 25. II 4, 3. 11, 25. 19, 5. 21, 20. 24, 6. 24, 17. 30, 18. III 3, 6. 6, 19.

spondeo utroque soluto: minus interii I 4, 1. II 3, 29.

IIII. dactylicae.

1. clausula heroica: participabo I 4, 14. 15, 5. 19, 16. 21, 20. II 5, 21. 6, 6. 22, 26. 30, 30. III 23, 12.

eadem soluta: traher(e) adoritur I 26, 5.

2. clausula pentametri: vocaliter incipio I 22, 7.

3. glyconei: et nudum gladi(um) altera I 12, 4. II 2, 10. 3, 6. 4, 21. 5, 13. 6, 8. 7, 27. 8, 18. 13, 26. 14, 23. 26, 16. III 23, 19.

4. pherecratei: deprensum reum peregrinum III 3, 10. 5, 2. 5. 5. 8, 2. 13, 2. 15, 3.

5. alii versus: vigorem libidinis incutiat II 11, 22. vitae reducitis officia II 29, 14. suum super ipsa cadavera porrigunt III 9, 16.

Tabula I.

Met. Lib.	clausulae	I. creticae		II. ditroch.		III. dispond.		IIII. dactyl.	
			%		%		%		%
I.	184	122	66·3	40	21·74	15	8·15	7	3·8
II.	229	145	63·32	48	20·96	20	8·73	16	6·99
III.	186	117	62·9	45	24·29	15	8·06	9	4·84
IIII.	217	132	60·83	55	25·35	12	5·53	18	8·29
V.	214	131	61·21	45	21·03	21	9·81	17	7·94
VI.	211	120	56·87	58	27·48	21	9·95	12	5·69
VII.	188	106	56·34	47	25·00	22	11·71	13	6·92
VIII.	201	134	66·67	45	22·39	14	6·96	8	3·98
VIIII.	263	161	61·22	63	23·95	25	9·51	14	5·32
X.	232	157	67·67	46	19·83	20	8·62	9	3·88
XI.	195	107	54·87	54	27·69	21	10·77	13	6·67
summa	2320	1432	61·72	546	23·53	206	8·88	136	5·86

Ex hac tabula cognoscitur maximam clausularum partem esse creticas, minorem esse numerum ditrochaicarum, minorem etiam dispondiacarum, minimum dactylicarum excepto libro quarto, cuius clausulae dactylicae paulo plures sunt. deinde intellegimus rationes clausularum singulorum generum in omnibus libris similes esse, librum XI autem aliquanto differre a ceterorum norma. denique animadvertimus rationem clausularum creticarum omnibus Metamorphoseon libris in censum vocatis esse 61·72, ditrochaicarum 23·53, dispondiacarum 8·88, dactylicarum 5·86 in centenis.

Quod autem ad libros qui ad philosophiam spectant pertinet, iam supra dixi rationes clausularum in eis obviarum ab eis, quae in Metamorphoseon

libris sunt, non multum differre. quod ut demonstrem, exemplo utar libris duobus de Platone et eius dogmate inscriptis, quorum clausulas pari modo dispositas exscribam, ceterorum autem id genus librorum clausulas simili tabula comprehensas proponam.

I. creticae.

A. cretico in sede ultima posito.

1. schema – ⏒ | – ⏑ ⏓.

I 1, 12.[1]) 2, 19. 3, 7. 3, 12. 3, 20. 4, 16. 6, 27. 6, 3. 7, 17. 7, 23. 8, 70, 19. 9, 29. 10, 71, 18. 10, 23. 12, 11. 14, 75, 19. 14, 2. 15, 13. 18, 79, 14. II 1, 5. 4, 12. 9, 87, 9. 9, 13. 9, 15. 10, 29. 12, 20. 16, 28. 16, 5. 16, 93, 15. 20, 26. 20, 11. 22, 26. 23, 98, 12. 23, 17. 23, 99, 7. 24, 2. 24, 13. 26, 102, 6. 26, 103, 3. 28, 28. 28, 9.

trochaeo vel spondeo soluto: genit(um) accepimus I 1, 11. 15, 4. II 4, 10. 24, 99, 17. 28, 2.

2. schema ⏖ ⏖ | – ⏑ ⏓: tot(um) hominem putant II 13, 6.

3. creticus duplex: divum potestatibus I 2, 11. 4, 11. 5, 9. 5, 15. 6, 5. 12, 10. 12, 74, 17. 14, 3. 14, 12. 14, 76, 18. 14, 76, 24. 15, 10. 16, 12. 16, 14. 18, 19. 18, 20. II 1, 80, 17. 1, 81, 15. 4, 20. 4, 1. 5, 84, 15. 5, 20. 7, 9. 10, 17. 11, 5. 11, 18. 14, 17. 15, 1. 16, 23. 18, 21. 20, 3. 21, 24. 22, 12. 25, 102, 3. 27, 15.

cretico priore soluto: fuerit industriae II 9, 1. 13, 31.

" " " : omnibus similiter bonum II 2, 21. 20, 19.

4. creticus triplex: est, diis ceteris tradidit I 12, 4. II 22, 98, 7.

B. cretico in sede paenultima posito.

1. creticus cum trochaeo vel spondeo: nobilitas satis clara I 1, 63, 4. 1, 63, 6. 1, 64, 4. 1, 64, 6. 1, 64, 8. 2, 15. 2, 21. 3, 28. 5, 66, 20. 6, 24. 7, 16. 7, 23. 7, 3. 8, 8. 10, 11. 11, 20. 11, 27. 11, 9. 12, 73, 19. 12, 23. 13, 8. 15, 6. 16, 20. 16, 17. 18, 1. 18, 80, 9. II 1, 80, 15. 2, 18. 2, 24. 3, 17. 3, 28. 4, 8. 4, 84, 3. 5, 13. 6, 25. 6, 16. 8, 24. 9, 17. 11, 31. 11, 13. 12, 4. 12, 6. 12, 10. 12, 14. 12, 17. 13, 22. 14, 20. 14, 22. 14, 30. 17, 16. 18, 10. 18. 14. 18, 25. 19, 4. 19, 10. 21, 26. 21, 2. 22, 20. 22, 22. 23, 98, 8. 23, 19. 23, 22. 23, 99, 15. 24, 101, 1. 25, 24. 27, 17.

cretico soluto: inserere curasset I 2, 24. 2, 25. 7, 12. 8, 4. 10, 10. II 6, 9. 18, 17. 22, 14.

---

[1]) numerus primus significat librum, alter caput, tertius versum editionis Goldbacheri. sed cum in nonnullis capitibus maioribus idem versus index bis occurrat, cum eiusmodi capite duae paginae expleantur, locis ex his capitibus petitis post capitis indicem paginae numerum adiciam.

cretico soluto: Dianamque peperisse I 1, 11. 3, 15. 9, 2. 12, 73, 20. II 7, 3. 9, 15. 15, 4. 18, 26. 21, 6. 27, 10. 28, 14.

trochaeo soluto: fluminum profuga I 6, 10. 7, 20. 7, 9. 12, 7. 13, 21. 16, 2. 18, 79, 12. II 6, 12. 7, 15. 8, 26. 13, 24. 13, 27. 14, 14. 17, 20. 17, 25. 21, 22.

2. creticus cum molosso vel palimbacchio: fortitudinem quart(am) esse II 1, 8. 3, 2.

cretico soluto: alia culpand(a) essent II 3, 24.

molosso soluto: quod sit incorporeus I 5, 66, 20. 16, 6. 18, 80, 12.

3. creticus cum ditrochaeo: intellegi qualitatem I 5, 67, 19. 9, 7. 13, 11. 13, 14. 13, 17. 15, 4. 18, 79, 8. II 1, 10. 2, 26. 8, 2. 13, 10. 15, 9. 17, 6. 20, 23. 24, 25. 25, 16. 26, 13. 27, 22.

cretico soluto: sunt nec alior(um) amici II 13, 29.

„ „ : extulerit hinc ordiemur I 4, 14.

4. creticus cum dispondeo: enuntiari non posse I 5, 26. 11, 16. 14, 76, 19.

cretico soluto: alia longe peiora I 15, 2.

II. ditrochaicae.

1. ditrochaeus unus: nominatus I 1, 63, 2. 1, 63, 8. 2, 16. 2, 5. 4, 2. 5, 6. 5, 10. 6, 14. 7, 11. 7, 69, 15. 8, 69, 20. 8, 26. 8, 70, 13. 8, 70, 18. 8, 70, 20. 9, 11. 10, 72, 14. 11, 24. 12, 25. 12, 12. 12, 74, 15. 14, 75, 21. 14, 75, 24. 15, 19. 16, 4. II 1, 2. 3, 20. 3, 22. 5, 18. 6, 3. 7, 24. 7, 11. 8, 8. 9, 22. 9, 5. 9, 88, 11. 10, 21. 12, 1. 13, 19. 13, 26. 13, 2. 14, 26. 15, 8. 16, 7. 17, 19. 17, 26. 20, 2. 20, 7. 21, 20. 21, 28. 22, 10. 22, 13. 22, 19. 23, 23. 23, 25. 23, 29. 23, 2. 24, 7. 24, 11. 24, 100, 18. 24, 100, 23. 25, 102, 1. 25, 12. 26, 12. 26, 29. 26, 30. 26, 103, 5. 27, 6. 28, 6.

trochaeo priore soluto: paribus esse I 7, 2.

trochaeo posteriore soluto: feruntur quod hominum (e)st II 2, 20. 6, 15. 24, 100, 19.

2. ditrochaei bini: interminata magnitudo I 5, 7. 5, 67, 17.

priore ditrochaeo soluto: a similibus non abhorrent II 22, 97, 9.

III. dispondiacae: Archytam sectatus I 3, 14. 4, 5. 7, 14. 8, 23. 11, 24. 14, 75, 25. 14, 15. 17, 5. II 2, 5. 5, 10. 8, 5. 10, 25. 19, 2. 19, 6. 19, 12. 22, 2. 23, 98, 10. 24, 6. 25, 7. 26, 16. 26, 19.

dispondeo soluto: terrae sit propria I 7, 7. 10, 3. 16, 9. 17, 22. II 3, 13. 5, 21. 20, 96, 16.

IIII. dactylicae.

clausula heroica: errori locus esset I 10, 25. 11, 1. 16, 21. II 4, 7. 9, 88, 9. 11, 7. 12, 24. 15, 15. 21, 19. 22, 18. 27, 19.

eadem soluta: percipere sonores I 14, 22.

2. clausula pentametri: esse velit II 8, 20.

3. glyconei: vias mundi reparaverit I 10, 72, 17. 14, 10. II 7, 20.

Tabula II.

Libri ad philosophiam spectantes	clausulae	I. creticae		II. ditroch.		III. dispond.		IIII. dactyl.	
			%		%		%		%
de dogm. Plat. lib. I.	142	96	67·6	28	19·71	12	8·45	6	4·22
lib. II.	199	125	62·71	47	23·62	16	8·04	11	5·52
de deo Socr..	178	117	65·73	38	21·35	17	9·55	6	3·37
de mundo	246	155	63·01	48	19·51	29	11·78	14	5·69
omnium libr. phil. summa.	765	493	64·44	161	21·04	74	9·68	37	3·83

Ex tabula quae hanc excipit quae sit ratio clausularum in Apologia et Floridis obviarum perspicietur. quam ut conferre posses cum ea, quae est in libris Metamorphoseon et in libris qui ad philosophiam pertinent, numeros tabulis I et II descriptos repetivi.

Tabula III.

Libri	clausulae	I. creticae		II. ditroch.		III. dispond.		IIII. dactyl.	
			%		%		%		%
Apologia	938	525	55·97	223	23·77	134	14·29	56	5·97
Florida.	279	192	68·82	49	17·56	26	9·32	12	4·30
Metam. summa . .	2320	1432	61·72	546	23·53	206	8·88	136	6·11
opp. phil. summa .	765	493	64·44	161	21·04	74	9·68	37	4·83
omnium ll. genuinorum summa. . .	4302	2642	61·41	979	22·75	440	10·23	241	5·60

Vides in Apologia rationem clausularum dispondiacarum maiorem esse quam in libris ceteris, in Floridorum libro autem usum creticarum latius patere. cuius rei causam eam esse puto, quod Apuleius in Apologia gravitatem, in Floridis venustatem et elegantiam orationi suae addere voluit. tamen ratio clausularum utriusque operis non ita discrepat a ceterorum norma ut ea quae est in dialogo, qui Asclepius inscribitur, de quo nunc agam.

Hunc dialogum cum viri docti qui summae auctoritatis sunt spurium habuerint,[1] sententiam eorum confirmari puto clausulis quoque in censum vocatis. quod ut demonstrem, clausulas eodem quo supra ordine dispositas enumerabo. atque omnium primum hoc adnotandum est inveniri eiusmodi clausulas, quae nec in genus creticum nec in ditrochaicum nec in reliqua cadant, velut Ascl. c. 10, 32 desertaque dimittat, c. 31, 4 quale sit incertum est, c. 10, 33 corpore consistens, et quattuor aliae. eas autem, quae restant, iam componam.

I. creticae.

A. cretico in sede ultima posito.

1. schema – ⏒|– ⏑ ⏓. 1, 12.[2]) 1, 29, 2. 2, 18. 2, 23. 2, 25. 3, 3. 3, 11. 4, 28. 5, 17. 5, 23. 6, 19. 6, 24. 7, 29. 8, 24. 8, 2. 8, 34, 22. 10, 14. 12, 4. 12, 14. 14, 20. 15, 33. 15, 34. 16, 25. 17, 9. 18, 21. 18, 9. 19, 23. 19, 33. 19, 42, 14. 20, 20. 20, 27. 22, 45, 6. 23, 45, 10. 23, 18. 25, 48, 18. 26, 49, 21. 27, 13. 29, 21. 29, 28. 29, 3. 29, 11. 29, 13. 31, 3. 31, 8. 32, 55, 19. 33, 24. 34, 16. 34, 20. 34, 5. 35, 11. 35, 17. 35, 22. 35, 25. 37, 58, 11. 38, 18. 38, 23. 40, 24. 40, 27. 40, 6. 41, 61, 18. 41, 21. 41, 23. 41, 7.

trochaeo (vel spondeo) soluto: ăqu(am) ĕt ĭn āĕrā 2, 22. 21, 14. 26, 19. 29, 5.

2. schema ⏖⏕|– ⏑ ⏓. 1, 28, 1. 4, 32. 10, 16. 12, 7. 17, 3. 27, 30. 31, 17. 31, 7. 32, 55, 4. 41, 20. 41, 24.

3. creticus duplex: ethicāquĕ quām plūrĭmā 1, 29, 1. 2, 13. 2, 20. 4, 5. 5, 25. 6, 32. 7, 16. 9, 26. 10, 14. 15, 2. 17, 33. 18, 23. 18, 7. 19, 26. 19, 30. 22, 15. 22, 45, 8. 23, 24. 24, 25. 25, 4. 25, 7. 25, 10. 26, 48, 24. 28, 14. 29, 10. 30, 2. 30, 14. 32, 54, 14. 32, 22. 32, 7. 33, 28. 33, 9. 36, 11. 38, 16. 38, 23. 39, 60, 6. 39, 19. 40, 8. 41, 62, 11.

---

1) cf. Bernaysium in actis Acad. Berol. a. 1871, p. 500 sq. (Ges. Abh. I, p. 327 sq.) et Goldbacherum p. XV praefationis.

2) numero primo indicatur caput, altero versus editionis Goldbacheri; interdum post capitis indicem paginae numerus eadem de causa qua in reliquis qui ad philosophiam referuntur libris id feci adiectus est.

cretico priore soluto: sola generabilis 14, 30. 18, 2.

" " " : insensibilibus adnexa sunt 19, 8.

4. creticus triplex: mortuorumque plenissima 24, 7.

B. cretico in sede paenultima posito.

1. creticus cum spondeo vel trochaeo: utroque non possit 1, 10. 1, 11. 1, 14. 6, 27. 6, 31. 6, 1. 6, 6. 6, 12. 6, 21. 6, 23. 7, 31. 7, 8. 7, 13. 8, 10. 8, 34, 18. 8, 34, 20. 9, 24. 9, 2. 9, 10. 11, 3. 11, 14. 11, 23. 12, 11. 12, 18. 12, 20. 14, 10. 14, 22. 14, 24. 15, 7. 15, 10. 16, 18. 16, 23. 17, 4. 17, 18. 18, 8. 19, 41, 13. 21, 2. 22, 44, 9. 22, 18. 22, 1. 23, 13. 23, 19. 24, 46, 13. 24, 46, 20. 24, 21. 25, 47, 23. 25, 48, 14. 25, 48, 22. 26, 15. 26, 18. 27, 15. 27, 50, 22. 27, 50, 24. 28, 4. 28, 6. 28, 15. 29, 29. 29, 52, 15. 29, 52, 17. 30, 23. 30, 27. 30, 3. 31, 27. 31, 11. 32, 25. 32, 31. 32, 55, 11. 32, 55, 14. 33, 21. 33, 25. 33, 6. 33, 14. 34, 17. 34, 22. 34, 28. 34, 29. 34, 7. 35, 24. 36, 29. 36, 30. 36, 8. 37, 1. 37, 4. 37, 5. 39, 60, 9. 39, 15. 40, 21. 40, 26. 40, 28. 40, 7. 41, 22. 41, 6. 41, 62, 15.

cretico soluto: praesentiaque violetur 1, 29, 4. 2, 32. 9, 8. 10, 21. 15, 1. 16, 16. 19, 3. 21, 27. 22, 44, 7. 23, 45, 11. 27, 6. 29, 51, 19. 30, 3. 31, 18. 31, 25. 36, 31. 37, 24; vitiaque vitare 16, 20.

trochaeo soluto: qualitatis est anima 2, 15. 3, 7. 5, 9. 10, 13. 11, 19. 11, 37, 2. 13, 23. 13, 4. 14, 29. 24, 46, 17. 24, 47, 11. 27, 50, 19. 27, 50, 20. 29, 20. 34, 1. 37, 7.

2. creticus cum molosso vel palimbacchio: luna sortiti sunt 3, 9. 9, 29. 12, 10. 19, 22.

molosso soluto: alternationem faciunt 30, 5. 36, 7. 37, 58, 16.

" " : diligentiae facit hominem 8, 27.

cretico et molosso solutis: religioni dederit 25, 12.

3. creticus cum ditrochaeo: conscientia publicare 1, 29, 6. 2, 17. 5, 17. 6, 3. 9, 1. 17, 17. 18, 1. 27, 14. 31, 13. 32, 54, 17. 37, 59, 14. 39, 11.

ditrochaeo soluto: imagines duae mundus et homo 10, 26.

4. creticus cum dispondeo: possideri coeperunt 11, 7. 19, 28.

dispondeo soluto: inferioribus sunt praepositi 9, 5. 33, 30.

II. ditrochaicae.

1. ditrochaeus unus: restitutrix 2, 27. 5, 14. 7, 35. 8, 6. 11, 8. 14, 27. 15, 8. 19, 18. 20, 3. 20, 11. 21, 16. 21, 21. 22, 24. 24, 47, 13. 26, 13.

26, 15. 27, 49, 23. 27, 3. 28, 3. 28, 8. 30, 20. 31, 20. 32, 6. 32, 55, 13. 37, 59, 11. 41, 4. 41, 62, 14.

ditrochaeus solutus: his similia 19, 5. 27, 12. 33, 12.

2. ditrochaei duo: felicitatem consecutus 23, 22.

III. dispondiacae: rerum naturam 3, 14. 4, 28. 4, 33. 4, 1. 5, 7. 5, 12. 6, 16. 6, 22. 14, 6. 14, 18. 15, 4. 16, 14. 16, 30. 21, 15. 21, 18. 22, 11. 27, 18. 29, 1. 29, 7. 32, 26. 32, 55, 17. 34, 19. 34, 32. 40, 22.

dispondeus solutus: nihil omnino (est) 16, 12. 6, 9. 17, 6. 17, 11. 17, 15. 20, 6. 25, 47, 24. 31, 10. 34, 24. 37, 58, 13. 39, 16.

dispondeus solutus: dicturus sum genere 4, 19. 4, 21. 4, 30. 6, 13. 19, 41, 15. 20, 9. 35, 26. 36, 2.

dispondeus solutus: faciet species 4, 21. 4, 23. 11, 1.

IIII. dactylicae.

1. clausula heroica: curato meminisse 2, 21. 3, 2. 6, 14. 7, 1. 11, 10. 14, 16. 21, 6. 23, 2. 24, 2. 26, 49, 20. 26, 49, 21. 27, 1. 27, 5. 31, 28. 31, 1. 32, 29. 35, 15. 38, 3.

eadem soluta: sancta religio 12, 17.

2. clausula pentametri: animalium nisi solus homo 9, 27.

3. glyconei: beatitudine degere 7, 11. 32, 28. 37, 19. 40, 11.

4. pherecratei: visibus placitura 3, 17. 20, 19. 27, 7. 34, 18. 40, 10.

Tabula IIII.

Libri	clausulae	I. creticae		II. ditroch.		III. dispond.		IIII. dactyl.	
			%		%		%		%
genuini . . .	4302	2642	61·41	979	22·75	440	10·23	241	5·60
Asclepius . .	380	274	72·10	31	8·15	46	12·10	29	7·63

Clausularum, quae in Asclepio inveniuntur, ratio quantum discrepet ab ea, quae in libris genuinis conspicitur, ex hac tabula facile intellegi potest. maximum enim discrimen est inter rationes generis cretici et ditrochaici. quare argumentis quibus efficitur hunc dialogum ab Apuleio scriptum non esse sane gravioribus hac clausularum computatione respecta novum accedere existimo.

Caput III.

De codice Laurentiano XXVIIII 2, qui in editionibus littera φ significatur.

In praefatione, quam van der Vliet Metamorphoseon editioni a se curatae praemisit, contenderat hunc codicem plene a se excussum esse. attamen viri quidam docti, qui editionis illius censuram egerunt, veluti O. Rossbach[1]) et M. Petschenig,[2]) observaverunt a novo editore interdum ea quae Eyssenhardt in editione sua de huius libri scripturis adnotaverat omissa neque de ceteris lectionibus omnia dubia sublata esse. cum igitur mense Novembri anni superioris Florentiae morarer, codicis φ denuo conferendi consilium cepi. ac re vera inveni haud pauca in nova editione omissa vel non accurate enotata esse. sane quaedam ex his aut supplevit aut retractavit van der Vliet in ea scriptione, qua de codice Laurentiano LXVIII 2 Apulei Metamorphoseon disputavit Mnemos. vol. XXV p. 386 sqq. sed cum ne sic quidem omnia exhausta esse vidissem, non inutile esse putavi ea quae etiamnunc explenda sunt vel corrigenda hoc loco proponere.

P. 2, 13 (*ed. v. d. Vl.*) discoterem, *sed litterae* o *parte superiore erasa* | 17 iantaculum $φ^1$ *et in marg., cf.* 15, 5 | 27 leuigauit[3]) |

3, 1 ē, *sed fuit* & | siqui | 3 expirare | 15 efulam $φ^1$ | emulos | 16 gluttinosi | 20 minat. t *in ras. 2 litt.* | 27 admiratione $φ^2$ |

4, 2 *in mg.* c^e^ merces deposita | 22 paliastro |

5, 1 em *in ras.* | 4 prouinciales | 14 renudaret. *inter* e *et* n *erasa est litt. d.* |

6, 1 famigerabił *i. e.* famigerabilis | 2 ut scis *in marg.* | 10 diuturne $φ^1$, diutine $φ^2$ | 12 que' e (i *supra*) is | 23 uenereani |

7, 3 linguā $φ^1$ | 7 diuini | 21 rep̄cisione $φ^1$ |

8, 1 obseno $φ^1$ obsceno $φ^2$ | 6 ꝑindignatio | 16 quiuerint |

10, 6 etaculam | 23 uiria (li *supra*) . li *add. m. r.* |

11, 10 ꝑ uulnus . ꝑ *correctum ex* pro | spongiam | 12 abeunt‿remoto . t *cum* r *linea coniunxit m. r.* | 14 ex*onerant . *erasa est litt.* h | 18 p̄suli $φ^1$ |

12, 6 anteluculo. *fuit* anteludulo | 17 capu (t *supra*). *litteras* a p u *refecit atramento nigriore m. r., eadem (ut videtur) quae litt.* t *scripsit. supra litt.* a *lineola erasa est.* | 21 ad decem $φ^1$ ad‿o ecem $φ^2$ |

---

[1]) Deutsche Litt.-Zeitung 1897, p. 570.

[2]) Berl. phil. Woch. 1897, p. 986.

[3]) *haec var. lect. ab Eyss. indicata ab v. d. Vl. neglecta est merito; nam* b *et* u *in hoc cod. constanter confunduntur, cf. ex. gr.* 3, 24 inglubiem $φ^1$; 11, 6 contuuernalis $φ^1$; 20, 22. 26, 5 fribolos; 25, 9 fauerrime; 29, 15 quambis; 29, 22 conglouatos.

13, 1 tumultuari | 5 ex an**c*lasti . n *et* c *in ras.* | 14 ponderes φ^1 | 15 officio φ^1 officia φ^3 |

16, 8 cōtexi* *non potest fuisse* conteximus, *quod Eyss. putat* . | 29 puecto |

17, 14 antiportum *corr. in* angip. | 22 risū |

18, 3 uocabiliter | 8 ^{d}nominare . d *scripsisse videtur man. alia quam quae punctos addidit* | 14 ĩtro capessit *in margine* | 15 patefactis edibus | 20 *in mg.* c^{e}properiter | 26 escibula (c *in ras., fuisse vid.* estibula) |

19, 11 et prōptuario. *corr. in* e prompt. | 27 indicaret$^{\text{9}}$ (*i. e.* indicaretur; *virgula a m. 1. profecta esse vid.*) |

20, 1 Anthenas |

21, 23 ptuli | 29 balbu*tire | 30 aliqn̄ *quod compendium semper significat:* aliquando |

22, 19 subito subito . *alterum* subito *del. m. r.* | 23 cunta | circūibā . *lin. super* u *a m. r. profecta esse vid.* |

23, 5 ĩtext' |

24, 10 altercam; | 15 explicitis (*fuit* & plicitis. *litt.* x *in ras. add. m. r.*)

25, 5 mustis | 18 laturam | 22 decere φ^1. *litt.* r *a m. 1 (?) in* d *mutata, m. recens supra scripsit* der. |

26, 13 trepido cauenda |

27, 4 scitula est et | 16 et *post* consectam *deest in* φ *et F.* | 17 iurulenta (*is qui glossas adiecit legit* 'uirulenta' *et supra scripsit* uenenata) | 18 p̄quam | 21 rotabat . t *prius in ras., fuit* rogabat |

28, 4 ali^{o}qn (o *scrips. m. r.*) | 8 $^{\text{a'}}$qtere (a *scrips. m. 1.*), *virg. add. m. r.* | 11 ^{sed}ł qd . sed *scr. m. r.* | 23 nec q |

29, 1 cuncta | 21 sinuato *F et* φ |

30, 1 illūd . *lin. supra* u *a m. r. deleta est, litterae* d *pars dextra a m. r. atramento nigerrimo vel scripta est vel refecta* | 12 ĩlisu φ^1 | 13 adliuescente φ^1 | 19 p̄liab^{r}o . r *scrips. m. r.* | 23 ĩ ā etate . ā *scr. m. r.* |

31, 5 lat^{cū}ū (*corr. m. r.*) | 17 illius. ll *in ras., fuisse vid.* istius |

32, 2 p̄ditur φ^1, *corr. in mg.* | 4 suffulculus (*prior* f *corr. ex* ſ | 18 iuxta . *super* a *rasura, item sub* a, *sed minima* | 20 quod gerebat *add. in mg. m. r.* | 29 naui$^{\text{9}}$ ipsa ^{a}q uehebamur . *virgula post* naui *et* ^{a}q *a manib. inter se diversis sed recentibus scripta sunt.* |

33, 1 ultīoris . *lin. add. m. r.* | 9 ^{ar}correptis. ar *scr. m. r.* | 13 can^{chi}nu'. *hasta prima posterioris litt.* n *habet lineam curvam in parte ima, sed* 'cantum' *non legitur.* | 17 *verba* mihique . . . suscensebam *omissa add. m. 2. in marg. dextro* (succēsebā) | 24 facesso cubitum meum contendo | 29 ĩnsule |

34, 1 officio (ri, ũ written above). *fuit* officio; ri *per comp. scr. man. 1,* ũ *m. 2* | 7 adripit. *litteras* p i t *in spatio vacuo relicto add. m r. eadem man. vocabulum quod sequitur* aqua *fere evanidum refecit atramento pallido* | 11 sorbilla. b *ex* u *correctum est,* r *in ras., fuisse videtur* soluilla | 18 p̄lio ꝗ sine ꝗ nob̄ sine. *verba* ꝗ sine *post* p̄lio *linea inducta sunt* |

35, 2 fluentē. *in mg.* c^e^ fluēte | 3 nec mo cū (rata written above). rata *scripsisse vid. m. 1. in mg.* c^e^ nec mora | 6 subit*. *erasa vid. litt.* a | re*formata *erasa est litt.* a | 15 fructu. *librarius primo scripturus erat* factu. *in mg.* c^e^ frictu | 19 ī dū (ter written above). ter (t̄) *add. m. r.* |

36, 8 maturata. *rasura quam adesse dicit Vl. non extat praeter parvulam super* a *postremum, ubi fort. lineola erasa est* | 16 cristallum φ[1] crustallum φ[2] *(duo* l, *non unum ut Vl. indicat praef. p. IX.)* | 22 formata' simpocula. m *ex* n *corr.* | 25 tunc infit |

37, 2 otiosa F *et* φ | 20 angulose cubantem conseruntur. | 21 murmurabundas. *in mg.* dus | 25 lepidiṣ (*expunx. m. r.*) sermonis tui* (ſ *erasa*) perfruatur comitate (e *addidisse vid. m. r., supra* t *posterius parva rasura*) |

38, 5 oratorium (*in mg.* c. oratorum) | 10 flamigerabilis (*in mg. viridi atr.* c^e^ flam̄igerabilis ÷ meam flam̄am gerens (!) | 20 meri atque (toque written above) *(sic!).* toque *add. m. r.* | 24 custodela ista *F et* φ |

39, 22 que'piā φ[1] | 27 hinc. *is qui glossas addidit legit* huic, *quod interpr. est* mulieri |

40, 5 ociu'. *litt.* u *a librario ipso ex* n *correcta videtur, virgulam quin scripserit idem non dubito* | 11 inlibata. a *in ras. et a m. r. profectum; fuisse videtur* inlibate | 24 ꝗnsum; *in mg.* c^e^ ꝗn sumis | 25 lacrimas haec simul lacrimans dicens |

41, 1 sit | 10 similis | 15 ut nec |

42, 9 omne φ[1] |

43, 21 & adepacoo‖eptitica.[1]) *litt.* c *ante* a *postremum simillima est litterae* e | 27 herbuculā |

44, 1 scende. d *expunctum* | 13 refers. *litt.* s *a m. r. profecta esse vid.* | 23 *fuisse videtur* tetendens |

45, 4 nequissent | 5 iniecta (*sic!*) ōī nebula | 16 aurium. ri *in ras. fuit* aureum | 26 aureu' (i written above) | 28 agluttinato (cf. 3, 16) |

46, 15 *in marg.* c^e^ propere | 27 ad hoc usus (*sic etiam F*[1]) |

47, 6 gersonee | 22 iden*tide' |

48, 16 silentio | 24 necglegebant | 25 uclut. t *scrips. m. r. in rasura. primitus fuisse vid.* uelud | 26 publica. b *ex* p *correctum ut saepius; supra* a *lineola erasa est* |

---

[1]) *lineae duae‖significant finem versus.*

49, 17 circūirem. *virgulam addidisse vid. m. r. conf. p. 22, 23* | 29 dep̄hensu' |

50, 11 sic φ F. sit *in mg.* φ | 21 obtortis (*non* obtortas) | 27 cūtatio. *cf. p. 22, 23* | 28 expectore |

51, 2 trucidatur . *corr. m. rec.* | 3 sic saluum | 10 audacter | 13 retrofexum . *litt.* l. *scrips. m. 1, refecit m. r.* | 15 istū* *erasa est litt.* d, *virgulam super* u *add. m. r.* |

52, 6 oculu' | 9 illum *deest* | 12 quidem *supra lin. addidit m. r.* | 13 et reus (homicida) sum . correx. m. r. | 14 p̄buit |

53, 8 perimatur | 15 necatorum corpora | 26 abrecto φ[1] abrepto φ[2] |

54, 7 hij | 12 secū^ς . ς *add. m. r.* | 16 obseruatisui . ς *add. m. r.* |

55, 1 ds̄ auc‖torē & tutorem suum | 6 ī e**re *ras. est duarum litt., quarum posterior fort. fuit* o, *sed 'ebore' non potest fuisse* | st**& . *littera posterior erasa fuit* ſ |

56, 15 & p‖fida . *compendium* & *rasura ad litterae* e *formam redactum est* | 29 seuitas |

57, 1 consequuta | 9 sorbillantibus. *duabus* l, *non una* | 26 uis *om. m. 1, legitur in marg.* |

58, 6 omnis | 7 mei^ς his . *virgulam add. vid. m. r., litt.* h *in ras. duarum litt., quarum prior fuit* ſ, *altera* i *uel* c. *supra scripsit corrector* c. heu scias | 16 ^p īfames . p *supra versum add. m. r.* | 18 subripere | 26 tui tui |

59, 9 ad omīs orientales | 13 ignorabiliter īā min; ljttatjſ ‖ et infelicium nauium durantibus dampnis defletorum sepultorum etiam | 20 litat, *a librario ipso (?) in* libat *correctum* |

60, 11 at si lepido sermone fotidis & īuice' | 12 ergo | 13 exemplū φ[1] exemplo φ[2] . *in mg.* c^e ad exemplū | 15 gersonis φ[1]. *cf. 47, 6* | 22 agnoscende | 24 spectarem (*pro* spretorem) |

61, 1 flaglantibus φ[1] flagrantibus φ[2] | 5 respondit *in marg. nequaquam a m. 1. profectum esse potest* | 8 p̄stolatum φ[1] postulatum φ[2] | 13 succitat φ[1] | obiectis φ[1] | 16 pueril'jſ. j *induxit et lineolam add. m. r.* | 24 ad *scrips. m.* 2 |

62, 2 hostiarum *corr.* m. 2 | 6 affricta | 8 cum . c *in ras., fuit* tum | 21 praesentis . s *ultimum in ras. fuit* u' | arrepta (*non* adrepta) | 22 pate oro te īqū dū dictat oratio ‖ occasio magno et singula^ri (a^ri *scr. m. r.*) | 29 asceam φ[1] asciam φ[2] | 30 sic me‿me . *prius* me *in ras. et a m. r. scriptum, fuisse videtur* sicine; *inter prius et alterum* me *unius litt. spatium* |

63, 8 dul‖cem . l *add. m. r.* | 12 festino . n *scrips.* φ² . *num primitus exaratum fuerit* u *discernere nequeo* | 25 futilibus | 27 inmissu' |

64, 12 nequeunti . qu *et pars litt.* e *in ras. a m. r. scripta* | 17 obliquum | 22 facilior ʳᵉfor‖mationis h' formationis medela | 23 demorsicatis | *in hac pagina est typoth. error non correctus; in adnot. ad* v. *14 post* considero *delendum est* ·φ |

65, 1 facinorosissimam illā fe‖minam | 4 mulctata | 15 inque meam | 26 meditulii. *inter hoc vocab. et sequens est spatium solito maius* |

66, 12 uicine | concla‖mantis | 18 orti bisolis F et φ | 21 referȧtum |

67, 7 uenerabiliˢ . *virgulam addidit m. r.* | 16 tibris *in mg.* cribris | 21 ac spe | 22 ī ā labiis. *ante vocabulum labiis est littera incerta, quae mihi* c *esse videtur* |

68 METAMOR‖PHOSEON (*sic! non* Metamorpioseon). *subscriptio:* Ego Salustius *etc. legitur ante verba* Metamorphoseon *etc.*[1]) | 4 primos | 25 niueus |

69, 4 me sceuitate | 7 at (*non* ac) | 9 hee | 11 punicantes | 14 fatis *litt.* ſ *scripsit m. r. in ras. duarum litterarum; fuisse puto* fatisq; |

70, 2 respexit | ululabili | 11 capta cū filio. *in mg.* c. capto consilio |

71, 1 debilem me mereri . *expunxit* φ¹ | 10 undique *supra versum additum a m. 1. (?)* | 12 postume postume spei . *in mg.* postuma spe | 15 totas | 18 commilitonis mei fortunam |

72, 3 piclitabar | 15 magines . r *addidisse vid. m. r.* | 17 ciuili | 24 direpsissent . *i. mg.* c direxissent |

73, 21 argentariorum (que *omiss.*) | 22 uestisq;. q; *add. m. r.* | 24 sorte ducti m̄si 7 (7 *m. r.*) aceruatim . *verba* estur — pulmentis *in mg. add.* m. 2 | 28 tebainib; a *scripsit m. r., fuit* c |

74, 2 propter φ¹ | 5 ad uos φ², ac(?) uos φ¹ | 26 chirseros | 30 *in mg.* cᵉ sed |

75, 6 pstringere φ¹ | 12 chyrseros | 16 gurgu∗∗oli . sti *add. m. r., fuit* li | 23 obprimendi φ¹ | 23 *verba* nostri — ātesinani (*sic! infra legitur:* c antesignani) *leguntur in inferiore margine a m. 2 scripta* |

76, 13 transadſgit. *corr. m. r.* | 26 gnauiter |

77, 11 quā dixerat | 18 narrantisq; | 20 traditū *supra versum add. m. 2.* | 22 orbitati . *in mg.* cᵉ tis | 28 qui facundiae F φ | appatos (*corr. m. r.*) |

78, 18 esti‖ue *corr. m. r.* | 23 delictu φ¹ | uentris |

---

[1]) *eodem ordine etiam post librum* II., IV., V., VI., VII., VIII., IX., *inverso post librum* X., *verba* Ego Salustius *etc. desunt post libr.* I *et* XI.

79, 10 his | 15 tharsileon | 26 uiro φ^1 |

80, 17 ire *in mg., non* iret. |

81, 17 obius | 20 uelud φ^1 | 25 conualentibus |

82, 5 si q̧ de . *per mediam litt.* d *scripta est litt.* ſ, *utraque littera a m. r.* |

83, 10 funestumq . q *add. m. r.* |

84, 7 Thersileon | 10 am**os . *fuit* amicos | 22 *in mg.* salies (*non* Salico). *lacuna non est duarum litterarum, sed unius* |

85, 2 cōieste . *in mg.* congeste |

86, 2 necessit‧‧adegit . as *m. 2* | 4 idoneum . *in mg.* eam | 11 annicule | 26 adflictaret. |

87, 4 *voc.* funditus *add. in mg. m. 2.* | 5 laq̄us *corr. ex* lan̄us | 13 *ante* insuper *nulla est rasura, sed membrana casu quodam, antequam inscripta est, perforata et resarta est, quem locum librarius in sex versibus continuis evitavit* | 18 mature (u, t *supra*) (t *langob.*) | 21 principales |

88, 1 pupulicis φ^1 | 10 familiis φ^1 *in marg.* arib; | 15 seuissimos omniom n̄c |

89, 4 falsae *deest; add. m. 2. in marg.* |

90, 7 sic īm̄sū | 11 specim̄ cōfluebant głosū | 13 cithara φ^1 | 15 negliguntur | 24 quassanti (to *supra*) . *corr. m. r.* |

91, 7 huius (h̄) *add. supra versum m. r.* | 10 co'ptemta (ta *refectum*) | 14 *in mg.* c genuina . *sed iam a prima manu scriptum est* benigna, *quod m. 2 refecit, non mutavit.* | 21 ueredines φ^1 | 23 p̄ |

92, 5 p̄cepit φ^1, p̄cepat φ^2 | 8 parsim |

93, 8 marcali φ^1 | 10 pennis φ^1 | 20 cinerem arcessit | 27 montis φ^1 |

94, 21 quid detardo . a *in ras. scrips. m. r., certum est* detrecto *primitus scriptum non fuisse* |

95, 4 et *deest* | 5 zephiri* . *erasum est* ſ |

96, 7 ualnee (c ualue *supra*) | 20 thesaurus (*sic! non* tensaurus) | ille *supra versum add. m. r.* | 25 ancipis . *correctum in mg.* |

97, 2 semiro‖tondo . *in mg.* c^e semirotundo | 16 uirgi‖nitati^s sue | metuens . *litt.* s *scripsisse vid. m. r., primitus exaratum esse puto* metuet | 16 & pauet $F\varphi$ |

98, 1 p*req; (p *eras.*) | 11 respondes . a *in mg.* |

99, 12 laetior animi | 13 cē‖ses | 25 lucūq; | 27 ubera φ^1 ubertim φ^2 |

100, 6 affligitis φ^1 effligitis φ^2 | 15 tectum . ctum *scripsit manus recens in spatio vacuo* | 26 psypche |

101, 16 p̄heminent (nitent *supra*) . *corr. m. 2.* | 26 caluiorem . al *in ras.* |

102, 2 morbo *in spatio vacuo scripsit m. r. eadem quae* puplicatum *in* cōplic. *correxit* | 17 si* . *fuit* su' | 23 q̄ (quod) *supra versum add. m. r.* |

103, 1 puniendam (*non* poen.) | 12 illis nocturnis illis | 15 comm; | 27 mortalem mortalem nuntio siche (!) leta |

104, 4 incrementu' φ[1] | 26 saltim | 27 tenuas φ[1] |

105, 15 ıcūctātē . *litt.* e *ex* a *correcta* | 20 paruula & ipsa . ſ *scrips. m. r.* |

106, 9 sectacła | 11 co'm̃tū . m̃ *scrips. in spatio vacuo relicto m. r.* |

107, 8 ignorantia morata beata | 16 ꝑcucis . *lineam per litterae* p *hastam ductam et* tru *scripsit m. rec. in mg.* ꝑtrux cis |

108, 8 se m anti φ[1] (*id est* se mihi anti), hy *post* i *supra* m *scripsit m. 2; cf. p. 245, 17* | 16 lucifuga' . ci *in ras. scrips. m. r.* | 17 marito . *in mg.* merito |

109, 23 aliqſ | 24 perniciose‖fuga⁊ |

110, 26 genile' . a *scrips. m. rec.* | ambrosia⁊ |

111, 3 micantis flore | alijs | 4 dedicate . *correxit fort. man. 1* | 28 oculis manibusq; |

113, 12 praecipitatio | 19 me |

114, 17 praecipit ut . ut *add. m. r.* | 21 *in marg.* e re cōcinnato |

115, 11 quesitioni | 12 circūibat . *virgulam super* u *adiecit m. r. cf. p. 22, 23* |

116, 1 ꝓ meagedū . a *in ras. et virg. super* u *scripsit m. r.* | 8 dn̄a (*sine ras.*) | puel‖la | 15 q̄ritans | 20 tue (*non* tuis) |

118, 3 perpetrat evenitis . *virg. super* t *scripsit m. r.* | 14 esse *add. m. r.* | 27 illis . in *marg.* cᵉ alis |

119, 10 nouiter . o *in ras. scrips. m. r. suprascriptum est* c gnauiter | pluiunaribus (*septem hastas etiam alio modo coniungere possis*) | 18 nec lege (*nulla adest ras.*) |

120, 2 uestja . gi *add. m. r.* | 16 suscipit . *corr. m. r.* |

121, 5 głant . *litt.* n *inducta et virg. a m. r. addita est, exaratum fuit* głant̄ (*i. e. gloriantem*) | 6 uestuta φ[1] | 7 commeantem *supra versum adiecit m. r.* | 15 ultro *add. m. r. supra versum* | 22 ꝓfugos. ꝓ *ex* ꝑ *correctum esse videtur* |

122, 20 leto φ[1] | 26 ancipi‖tres |

123, 6 supē . ē *add. m. r.* |

124, 10 et . e *in ras.* sed *fuisse non vid.* | 11 sol& | ac calpens . ac *in ras. add. m. r.* |

125, 1 edi*tis . *eras. uid.* c | 7 amores φ[1] | 8 discernere | 12 geminum φ[1] | 13 nuptialis | 16 ruricola . cola *refectum* | 21 amoris uxoris . s *post* amori *scrips. m. r.* | 22 supq; . q; *scr. m. r.* | 23 singule *om.* φ[1], *add. supra versum m. r.* | 27 balsamo φ[1] |

126, 16 ꝓtiosi (*lacuna*) uelleris . *in lacuna fuit iterum* ꝓtiosi, *quod erasum est* | 17 quoque φ^1 | 22 uati‖cīt^ri . ri *add. m. r. litt.* t *in fine esse potest etiam* a |

127, 1 mutuata | 9 attingui | 10 ad^herrescit . h *add. m. r., litteras* a, d, e (*post* r) *refecit manus alia, litt.* d *in rasura fuisse vid.* b | 12 ^scul astultatu |

128, 4 īūite īuite | 10 edi^uti. u *add. m. r.* | 26 pollicita torem |

129, 2 ꝓuolans | 5 etiam *add. m. r. supra versum, sed habet* φ^1 etiam *post* Ioui | 6 stigi*as | 9 sed protinus *F* φ | completamque *F* φ | 12 leuaq; . q; *scrips. m. r.* | 13 potantes . po *scrips. in spatio vacuo rel. manus rec., litt.* t *rescripta est, sed vix* n *exaratum erat.* | 24 & dedit |

130, 4 sufficiens φ^1, -ente φ^2 | 11 manesque meare | 13 resedaturam φ^1 sese d. φ^2 | 15 prorupit | 25 limine (*non* limite) | 26 direpto |

131, 4 deꝓmpta (m *rescript., sequitur rasura 2 litt.*) tacito^ta (*corr. m. r.*) | 7 cūba φ^1 cȳba φ^2 | 9 facit et | 10 & etsi . *super* t *litura; fuit* ſ | 13 ut ipse *add. m. r. supra versum, sed extat* ut ipse *manu prima post voc.* manu (13), *at inductum deletumque.* | 14 tibi *compendio scriptum add. m. r.* | 15 putrix (*non* putria) φ^1 | 18 ꝓgressa φ^1 |

132, 5 petitū*esto . *litt.* m *erasa* | 14 illa φ^2, φ^1 *scripsit tres hastas parvas et litt.* a | 15 tenax . x *in ras. scr. m. r.* | 27 et *deest, sed puto eum librarium, qui, postquam codex scriptus est, litteras initiales crassas intrusit erasis prioribus littera* R *voculam parvulam oblitterasse* | *post* repetita *inseruit m. r.* igitur |

133, 7 crassoq; | 23 ꝑss; |

134, 1 armile' | 3 cu*pidinis . *litt.* ſ *erasa* | 9 cōt^q; . q; *add. m. r.* | 41 famosa'^q;. o *et* s *deleta sunt;* q; *add. m. r.* | 19 contionem ꝓuocare (*sic!*) ꝓtinus | 24 dei . i *add. m. r.* | aluo | 33 contristare |

135, 1 metu^ias | 13 puer rusticus | 16 citheram | 19 saturus *F* φ | 26 uellam φ^1 |

136, 24 cumq; *in spatio vacuo scr. m. r.* | 27 agebant φ^1 |

137, 5 et *deest* | 6 *in mg.* pene ante | 20 q^adri quadripedi |

138, 7 audacia uirili . *in mg.* c̄stātia | 28 setas (φ^1) īcuria (φ^2) nich̄ d'fic̄ (φ^3) (*lac. 12 litt.*) .... cōgesta^s ‖ et horridas co'pta diligentia (φ^1) (monilibus *deest*) pectinabo (φ^2) bullisq; te ‖ multis aureis (φ^1) in aulatum (φ^2) ueluti stellis sidereis ‖ relucentem & gaudiis populariū pomparum ouan ‖ tem sinu serico progestans (φ^1) nucleos (φ^2) (*lac. 6 litt.*) ...... edulia ‖ mitiora te meum sospitatorem cotidie (φ^1) sagina ‖ bo s& nec inter cibos (φ^2) (*lac. 11–12 litt.*) .... delicatos est (*in marg.* et) otium (φ^1) |

139, 17 delphino |

140, 8 *in marg.* herciscunde | 10 lōgius *scripsit m. r.* | 1. φ^1 | 13 *m. r. addidit haec verba:* laruasque *usque ad* loro (17) *id sequitur lacuna 3 litterarum (in Mnem. tom. 25, p. 401 versu* ı *bum* iniecta (17) *sic scriptum est:* ūecta, *sed in* φ *exaratum est* ī occipio . o *postremum in ras. fuisse videtur* occipitio | 24 pennat *est litt.* s |

141, 20 ascultantes | 27 p̄tulit uir nobis . *scriba repetitu* uirginem | 27 ı̄siere | 31 recte *add. m. r. supra versum* |

142, 2 nimijs | 17 in *add. supra versum m. r.* | 18 et *add. sinistro m. r.* | 24 dolentique aĩo atque | 26 quatinus |

143, 26 subili atque . *in mg. sin.* c subit itaque . *in imo mar* de fortuna a*x*(?) ī l' de boā fortuā ubi plurimus intellectus et rati minima fortuna ubi autem plurima fortuna ‖ ibi minimus intellectus.

144, 23 cura ‖ illa potior |

146, 1 uulnera corpore excipieñtem $F\varphi$ |

147, 1 iachinthum | 8 so'pnum . *in mg.* c^e sonum | 25 tenuibus *rectum a libr. ipso ex* tenuis |

148, 3 constituitus | 4 uilla ‖ seu $F\varphi$ | 5 c̄‖trasi . t *scripsisse vid. m in mg.* corrasi | 20 non sum inquit tam br. ł c. tem. inquit | 28 an̄ferre

149, 4 etacula φ^1 | 24 recta |

150, 15 cancło |

151, 4 instanti | 7 suspicationem |

152, 20 uni dn̄e |

153, 18 ip̄a uespa (*sic!, non* ipsam uesperam) | 29 capitalis |

154, 5 pecturibus φ^1 |

155, 4 sarcinum | 16 cenose φ^1 | 24 uite φ^1; *cf. p. 10, 9* | 25 puncto 26 falcem φ^1 |

156, 30 inigninum . *corr. m. r. in marg.* |

157, 6 me *add. m. r.* | p̄ cetera | 8 *sq.* siue . . . seu . . . seu | 22 uiatorem |

158, 13 quidem φ^1 | 14 tam *add. m. r.* | 18 non *deest* | 29 et asculare φ^1 |

160, 1 lanie^{nam} . Nā . nam *supra versum add. m. r.* | 8 cognito | 17 solum |

162, 16 conseruo *litt.* u *linea superscripta ad litterae* t *similitudinem redacta* | 17 solū | 21 dolori *add. supra versum m. r.* | maturales |

163, 13 annuntiabat | 15 & eq̄dē | 18 stilus | 21 locuplex |

164, 7 in bona ‖ bepolemi manū | 16 hore'^{no} . no *add. m. r.* | 24 estuans | 25 a'm^{u}irat . m *in* b *correxit man. 1,* u *et virg.' scrips. m. r.* | 28 reptiret φ^1 |

165, 6 contendosa φ^1 | 7 factu' | 12 thlaxillo | quod | 16 umbroso | 21 latrantibus φ^1 |

166, 2 genis *in spatio vacuo scrips.* φ^2 | 7 ascondimus . ascon *scripsit* φ^2, dimus φ^1 | 12 femine id eiecti | 13 q' equos . ɪ *scrips. m. r.* | 17 uiroris φ^1 |

167, 12 sed sole . s *ante* o *in ras.* | 13 confirmatus | 18 talē . *lineam addidisse vid. m. r.* | quale *supra litt.* e *extat linea paene deleta* |

168, 12 festinat . *ultimum* t *scripsisse vid. m. r.* | 17 transegebat *a libr. ipso in* transegerat *correctum* | 20 pene *add.* φ^2 *supra versum* |

169, 2 dei . de *scripsit* φ^2, i φ^1 | forauerat | 6 seniolaˢ ces c& . ces *in* ses *correxit* φ^1 | 9 impru φ^2 dentie φ^1 | 12 procellasque | 14 coualescente *corr. m. r.* | 22 mee mortis |

170, 7 faciem impressa *scrips.* φ^2 | 8 *post* cohumidat (φ^2) *lacuna 11 litt.* | uelud | 14 discernit φ^1 | 17 que *scr. m. r.* |

171, 6 adexi‖tū | 19 Charite (*sic!, non* charitate) | 27 diei sta ‖ tā spatio | 30 protinus φ^1 |

172, 3 auriente' | 7 fremens *add.* φ^2 *supra versum* | 9 canis φ^1 comes φ^2 | 13 factas | 16 ut ueli' simili | 22 recreaueris *in* – beris *correctum* |

174, 8 et *add. m. r. supra versum* | 13 *et* 17 quicquid | 18 morabantur nrīsque |

176, 12 praeteriebamus |

177, 3 uxoris cruorē | 20 refectu | 26 uincere | 32 uenu (nu *in ras.*) lac (*ras., quam indicat v. d. Vl., non adest*) |

178, 9 lapsum φ^1 |

179, 2 alt̄ & φ^1 . φ^2 *inter* t *et* & *add.* c | 8 accersitore' | 11 pallure |

180, 14 ipso carioso | 19 cruciatu | 26 ibi |

181, 11 itentidem meas *deest* |

182, 5 crotulis | 25 dictabat | 26 cacuillatu . *in mg.* cauillatu | ad. *in mg.* cᵉ at | 28 ōiparens (rens φ^2) dea*siria (*litt.* s *eras.*) |

183, 4 diuinum *scrips.* φ^2 *supra versum* | 5 misera | 30 stirpe φ^1 |

184, 2 promiscuis | partiarios *corr. m. r.* | 10 facie' c. p. delita' | 12 crocrocogis . d *add.* φ^1 | 15 īducti (*sic!*) | 18 ouātes φ^1 ebantes φ^2 . *in mg.* c euantes | 19 tripudio φ^1 |

185, 14 profecto | 15 spurcite φ^1-tie φ^2 |

186, 1 hordeum . *a* φ^1 *in* horreum *correct.* | 18 ꝑcessit |

187, 1 fatessunt . φ^1 *ipse se correxisse vid.* | 12 tacentis | 18 obi am . *in mg. correctum* | 31 suo filio |

188, 9 detract* . *erasa vid. litt.* a . u' *add. m. r.* | 11 uice | 14 destinate . e *posterius in ras., fuit* a |

189, 1 aliquo certo loco | 2 astulo commot' *a* φ^1 *corr. in* a. commēto | 23 uenaticis |

190, 14 cubiculis | 23 mansuetus | 28 adlibascere' . *per litt.* b *partem superiorem lineam duxit m. r.* |

191, 24 lasciua . *corr. in marg.* |

192, 9 p die' . *virgulam add. m. r.* | 13 *in mg.* c[e] ecquid |

193, 5 uenust; *a* φ[1] *in* uenustu' *correctum* . φ[2] *delevit* n *et addidit* t *supra versum* | 13 pcuratum | 15 teste . *litt.* s *in ras., totum verbum refectum est* | 27 genus cibi comminiscuntur . cibi *scrips.* φ[1] |

194, 3 forte (*sic!*) | 19 redeunt . p *add.* φ[1] | 22 sublu uie . u *medium in ras., inter* sublu *et* uie *spatium 2—3 litterarum vacuum relictum est* | 23 lassibus . *correxit m. r.* |

195, 1 equitis | cohibite quorum | 22 ab||laterantis . *additamenta sunt m. r.* |

196, 4 coemp||to | 21 toro||cinio . *corr.* φ[1] |

197, 6 cetu | 19 ilecti φ[1] illecti φ[2] (*id quod scripsit* φ[1] *potius* iniecti *legendum est quia litterae* l *et* i *in hoc codice simillimae sunt*) |

198, 1 iulci | 11 locuntur φ[1] | 15 ade'ptum . *virgula deleta est* |

199, 12 anplicari φ[1] ampl. φ[2] *et mg.* | 21 et *deest, neque a m. r. additum est ut v. d. Vl. dicit* | 24 miseri | 29 cunte φ[1] cuncte φ[2] cūcta *marg.; cf. p. 22, 23* |

201, 15 cōgluttinatus. *cf. p.* 3, 16 | 23 fidi | 28 cupida *a librario ipso in* cupito *corr.* |

202, 8 nō . ō *in ras.* nec *vix fuit, sed potius* n̄c (*nunc*) | 10 peruectus | 26 ex ma||gnis |

203, 3 contecto . φ[1] *ipse correxisse vid.* | 8. 9 iam clamat *add.* φ[2] | 16 pturbatione | 21 que' | causa . l *add.* φ[1] (?) |

204, 11 estimplo | 13 ad φ[1] *F* | 16 pdunt |

205, 13 ipsum φ | 18 suauiis | 24 alueo . u *in ras., fuit* b | 28 arctissimi |

206, 11 domus *supra versum add m. r.* | 20 uigminea | 22 *et* 25 sulphuris |

208, 3 deceder& | 7 psen'te' *corr.* φ[1] | 23 alueo . u *ex* b *corr.* | 29 nil. |

209, 1 seueritate' *F*φ | 23 affatim *add.* φ[2] *supra versum* | 27 dirupt; | 32 magni||q' |

210, 17 meum *add.* φ[2] (?) *supra versum* | argumentaueris | 18 *et* 23 pristini(-um) |

211, 6 opificis |

213, 10 psidiis (*sic! sine ulla correctura*) | 11 meus dominus | 25 procurante . *corr. m. recentissima* | 28 prodit |

214, 19 *cur v. d. Vl. id quod* φ *praebet* nimis *legerit nescio; nam septem illae hastae pari spatio inter se distant, ita ut aequo iure* minis *legere possis* | 20 ad hoc *F*φ |

215, 20 tote mediactorum . tot *ab* e *linea separavit et litt.* n *scripsit m. r. corrector legisse videtur* emendi actorum | 25 respondit add. φ^2 *supra versum* | 27 locupletum |

216, 9 sunt *comp. scriptum add. supra versum m. r.* | 15 illis et | 19 agnouere | 30 īiecta manu lancea |

217, 2 prorsus |

218, 14 capescit | 19 at meus . *inser. m. r.* | 29 iumtis nris | 31 quo me ducebat arrepto |

219, 6 et dum *corr. m. r.* | 14 gubitis | 15 arrepto | 23 saluti (*sine ulla correctura*) |

220, 20 tunc | 25 deuersoris |

221, 14 sexus φ^1 | 17 quam φ^1 |

222, 10 longiore' | 15 diffi||cillima *corr. m. r.* | 28 supgesserat *F*φ |

223, 1 natura||li' | 9 extuabat . es *inser. m. r.* |

224, 10 laciniāque . *lineola deleta est* | 12 causa⁎ . *erasum videtur* s | 14 ī intima . ad *scripsit,* ī *expunxit, litteram* i *mediam ad litterae* j *similitudinem redegit m. r.* | 28 aliqua profectione *om.* φ, *add. m. r. in marg.* |

225, 1 grauitatis (*sic! sine ulla correctura*) | 2 nequicquam . c *add. m. r.* | 21, 22 femine . pessime |

226, 4 cursuro φ^1 | 10 ꝗ⁎⁎⁎ej . *rasura est* 3 *litterarum, linea per litterae* q *hastam ducta a m. r. profecta est* | m̄dacijs | 20 sobolis . *corr.* φ^1 *ut uid.* |

227, 25 scire . potui *scrips. corrector* |

229, 19 tabernaȝ . ȝ *add. m. r.* | 23 ūberonē | 28 asannas |

230, 9 umberibus φ^1 | 17 causas ulli p̄bere causas mortis | 26 illum latronem |

231, 19 accepit |

232, 4 illos *add. m. r. in mg.* | 9 deportare | 11 panis | 13 dapibus diuinitus |

233, 1 ad | 5 possumus oīa omīa ꝗde' | 18 delectantur φ^2 . l et ct *in ras., pro* l *fuit* i, *sed quid pro* ct *fuerit exaratum dinosci nequit, certe* r *non fuit* | 22 pastis (*rasura adest nulla*) |

234, 11 ac *add. m. r. (?) supra versum* | 23 esitabam . h *add. m. r.* |

235, 4 dn̄i . *in mg.* c dn̄s | 6 quoque *add. supra versum* φ^1 *(?)* | 10 ex hoc φ^1 | 16 quadrupłu' | 22 m̄sa | cubito . c *in ras., fuit* ſ | 26 pocillatore= | 27 coniuens . u *in ras., potest fuisse* b |

236, 12 thya⁎⁎ sus . *erasum videtur* ſ' | 16 magistratui |

237, 4 pauratis. φ^1, *supra scripsit m. r.* rgutis | 12 honore' | 24 epasiphęˢ . *signum* ˢ *add. m. r. litteram* ę *caudatam adhibere non solet librarius* φ | 26 depacta |

238, 13 īalbant [ba] . *inser. m. r.* | 18 impensius |

239, 4 diligo et sine | 14 amodū [d] . d *add. m. r.* | 17 labi modica[ς] (*utrumque* ς *in ras. scrips. m. r.*) | 18 amplo* . *fuisse vi* 22 obiectū. |

240, 5 complexato tu' | 15 arbitrio *in marg. add. m. r.* | 22

241, 1 p̄ ab‖stinentia' | 11 et sororis officium *add. m. r. in* p̄tendens etatem ‖ humanitatem | 23 hac. [hec] *corr. m. rec.* |

242, 7 erat | 11 dehic . *correctum in mg.* | 16 acerue φ^1 | 23 tur esse necessaria | 28 sextertia |

243, 1 cōspecto | 17 trulente [cu] . *corr. m. r.* | 20 repidatione [t] . *m. r.* | 21 portione |

244, 21 cōsentit |

245, 5 uxore | 16 diligentes φ^1 | 17 sem [i] antes [hia] . hia *scr. m. r.; cf.* *8* | 27 conferraturus φ^1 |

246, 21 orbe |

247, 10 uirga [ul] . ul *inser. m. r.* | 12 bratteis | 24 bombocina | 28 a rens φ^1 | 30 celū |

248, 2 quarum capite | obacte | 12 īnutus | 13 saltitionis | 14 aspec 25 nuptiales |

249, 4 comas | 20 ferensia φ^1 | uulturii φ^1 uultures φ^2 uultur[ij]i φ 21 cū rerum [in] . in *add.* φ^2 |

250, 4 mortalibus cūctis | 9 phisofi [lo] . *inser. m. r.* | 22 bino φ^1 |

251, 13 mag̃ . *in mg.* c[e] magister |

252, 6 sūmatā . *in mg.* ··f (*sic! reliqua quae adesse adfirmat v. d. Vl. non vidi*). | 17 sūbmerso (*lineam super* u *add. m. r.*) | 23 commostrato |

253, 21 d̄i isetiā (*inter* dī *et* is *parvum est spatium unius fere litterae, quod linea coniungenti duas syllabas explevit m. r.* | 24 conitor | 29 passī ue |

254, 10 uice | 15 q [a'] qua' |

255, 11 ph]aphia' | 13 euleusini | 15 rahmnusia' . *in mg.* rampnusia | ecq [et] | 29 procintu |

256, 5 iam detesta‖bilis dudum | 8 p̄sensque cōseqn̄tia sacerdoti |

257, 8 res‖cursu . *in marg.* ł dis | 17 ꝗcꝗd φ^1 ꝗdꝗd' φ^2 | 21 que *deest* |

258, 2 īduct' |

259, 3 letissime | 3 cathaclista | 15 hic capillum | [2]ūtice' | 18 c̄strepentes ed | 23 porrigebat *deest* | 24 tybiu' |

260, 12 orrendū | 19 gestuosu ferebat [2] | 25 tegente |

261, 7 corona' c̄seqn̄t & hercules corona' cōseqn̄t | 27 *verba* ceruix... caput *scripsisse videtur recentior manus; certe verba* cohibetur os & caput

a manu rec. profecta sunt; atramentum est ei quo usus est φ^1 *simillimum, litterae langobardicae sunt* |

262, 17 accura‖te . ra *scripsit m. r.* |

263, 1 beatitudinem | 3 q̄rat² φ^1 | 18 deq φ^1 |

264, 7 ibidū | fauerrime . *corr. in marg. inf.* | 13 proierebat |

265, 1 su'mis φ^1 | 2 decori at cū (*sic! sine correctura*) | 4 quiṣq | 7 ex his un; que' (uir quem *non legitur*) | 13 na‖uib; que^q; sub . q; *add. m. r.* |

266, 25 seruus etiā m̄s (*sic!*) |

267, 4 patrium | 18 nocte | 27 sacre^at . at *inser. m. r.* |

269, 29 tlte^telete . *corr. m. r.* |

270, 18 curiose lector | 19 cognoscer& . *corr.* φ^1 | 20 audires | 21 curiositatis *add. m. r. in mg.* |

271, 9 buxina φ^1 | 11 pretiosa *add. m. r.* | 14 pennate | generatj nudus (*super prius* u *parva macula conspicitur, quae ex hasta litterae* d *superiore orta est*) | 15 ad manu' dextera' | 20 & hinc φ^1 | certa lebraui |

272, 18 crescunt germina *add. m. r. in marg.* | 20 ponto manentes φ^1 |

273, 12 regina . *corr. in mg.* | ejsidis . *corr. in mg.* | 17 numini. *corr. in mg.* | 18 *in mg.* peruigil | 28 mano |

274, 11 si‖milis ut so'niu' | 15 asinum *correctum in spatio interlin.* | 22 maudarensem |

275, 11 p̄parans φ^1 | 28. 29 quo me *add. supra lin.* φ^1 *ut vid.* |

276, 2 t̄rere | 9 funo | 13 initiari | d̄js *ex* d̄os *correctum* |

277, 8 sille | 10 obio *in mg. correctum . sequuntur verba:* Apulei Platonici Floridorum lib. I *et statim initium Floridorum* Ut ferme religiosis *etc. sed haec omnia manu recentiore scripta sunt usque ad verba* pomum ap‖, *quibus folii 73ᵛ . col. a finitur. scripturā pristina erasa est, ut palimpsesti speciem habeamus. atque primitus exaratum fuit Floridorum initium usque ad verba supra indicata, sed omissa inscriptione:* Apulei Platonici Floridorum lib. I.